4. **si forte**, 'possibly,' *εἰ τύχοι* (Munro on Lucr. v. 720), not, I think, as Pid. and Sor. 'if I am fortunate.' Cp. pro Mil. 104 'hicine vir patriae natus usquam in patria morietur, aut, si forte, pro patria?': de Off. ii. 70, etc.

5. **ea**, i.e. what you have derived from me. The MS. reading *mea* would hardly express this.

7. **expressa**, 'copied,' § 15.

9. **cognitio ac ratio**, 'systematic study.'

10. **aut**, 'or else,' as in the case of women, who have no opportunity for study.

14. **proprie**, 'without any metaphor:' cp. § 149. Aristot. Rhet. iii. 2. 1 *τῶν δὲ ὀνομάτων καὶ ῥημάτων σαφῆ μὲν ποιεῖ τὰ κύρια* (the *dominantia verba* of Hor. A. P. 234, note).

16. **continuatione**, 'periodic structure.' Orat. 85 'continuationem verborum modo relaxet et dividat utaturque verbis quam usitatissimis, tralationibus quam mollissimis.'

17. **quae .. transferuntur**, 'metaphors derived:' **productis**, 'spun out.' Cp. Orat. 94 'iam cum confluxerunt plures continuae tralationes, alia plane fit oratio; itaque genus hoc Graeci appellant **ἀλληγορίαν**, nomine recte, genere melius ille (Aristoteles), qui ista omnia tralationes vocat.' Metaphors must not be so extended as to pass into allegory.

quam si ipse ille, qui patronum adhibet, de re sua diceret. Isti 50
enim, qui ad nos causas deferunt, ita nos plerumque ipsi docent,
ut non desideres planius dici; easdem res autem simulac Fufius
aut vester aequalis Pomponius agere coepit, non aeque quid
dicant, nisi admodum attendi, intellego; ita confusa est oratio,
ita perturbata, nihil ut sit primum, nihil ut secundum, tantaque
insolentia ac turba verborum, ut oratio, quae lumen adhibere
rebus debet, ea obscuritatem et tenebras adferat atque ut quo-
dam modo ipsi sibi in dicendo obstrepere videantur. Verum, si 51
placet, quoniam haec satis spero vobis quidem certe maioribus
molesta et putida videri, ad reliqua aliquanto odiosiora per-
gamus.' 'Atqui vides' inquit Antonius 'quam alias res agamus, **14**
[quam te inviti audiamus,] qui adduci possimus—de me enim
conicio—relictis ut rebus omnibus te sectemur; ita de horridis
rebus nitida, de ieiunis plena, de pervolgatis nova quaedam est
oratio tua.' 'Faciles enim,' inquit 'Antoni, partes eae fuerunt 52
duae, quas modo percucurri vel potius paene praeterii, Latine
loquendi planeque dicendi; reliquae sunt magnae, implicatae,

13. *quam te inviti audiamus* recte ut glossema eiecit Bakius: post *sectemur* addunt codices *te audiamus*, quae idem spuria esse intellexit.

3. **Fufius**, i. 179, ii. 194.

4. **Pomponius**, tribune in the year after this, B. C. 90; hence he was a competitor with Cotta: **vester** is of course addressed to Cotta and Sulpicius. Cicero speaks of him more favourably in Brut. 221 'fortis vero actor et vehemens et verbis nec inops nec abiectus, et quem plane oratorem dicere auderes Cn. Pomponius, lateribus pugnans, incitans animos, acer, acerbus, criminosus:' cp. Brut. 305.

aeque, 'as clearly,' as when a client tells his tale. Reid suggests *equidem*.

7. **insolentia**, 'strange choice,' § 44.

9. **sibi obstrepere**, 'to be bawling themselves down.' Liv. i. 40. 6 'primo uterque vociferari et certatim alter alteri obstrepere.'

10. **maioribus**: it would be difficult to find another instance in which Cicero uses *maiores* for elders without *natu* or some other indication of age in the context. There is also some awkwardness in the use of **vobis** shortly after *vester* addressed to the younger men of the company. Dr. Reid plausibly suggests that this may be a case of the 'crushing' not uncommon in MSS. for 'maiora exspectantibus' or some similar expression.

11. **odiosiora**, 'more troublesome,' because involving greater difficulty. It is clearly quite wrong here to interpret 'more petty,' with most recent editors. These topics are the 'magnae, implicatae, variae, graves' of the next section.

12. **alias res agamus**, 'how inattentive we are.' Brut. 233 'mirarere tam alias res agere populum:' opposed to *hoc agere* (Munro on Lucr. i. 41); cp. pro Sex. Rosc. 60 'usque eo animadverti eum alias res agere antequam Chrysogonum nominavi,' where Landgraf remarks that the phrase is one belonging to popular speech.

14. **horridis**, 'unattractive.'

15. **ieiunis**, 'barren,' 'dry.'

17. **percucurri**: there seems very slight authority in good prose for the unreduplicated form of the perfect: cp. Neue, ii. 468–9. *percurrisse* occurs in Hor. Car. i. 28. 6: cp. Verg. Aen. iv. 153.

§§ 52–96. *Crassus proceeds to discuss the true conception and the proper compass of the* ornate dicendi, *with a digression on the relation of philosophy to eloquence* (§§ 56–61), *especially in post-Socratic schools* (§§ 62–73).

variae, graves, quibus omnis admiratio ingenii, omnis laus eloquentiae continetur; nemo enim umquam est oratorem, quod Latine loqueretur, admiratus; si est aliter, inrident, neque eum oratorem tantummodo, sed hominem non putant; nemo extulit eum verbis, qui ita dixisset, ut, qui adessent, intellegerent quid
53 diceret, sed contempsit eum, qui minus id facere potuisset. In quo igitur homines exhorrescunt? Quem stupefacti dicentem intuentur? In quo exclamant? Quem deum, ut ita dicam, inter homines putant? Qui distincte, qui explicate, qui abundanter, qui inluminate et rebus et verbis dicunt et in ipsa oratione quasi quendam numerum versumque conficiunt, id est, quod dico, ornate. Qui idem ita moderantur, ut rerum, ut personarum dignitates ferunt, ei sunt in eo genere laudandi laudis, quod
54 ego aptum et congruens nomino. Qui ita dicerent, eos negavit adhuc se vidisse Antonius et eis hoc nomen dixit eloquentiae solis esse tribuendum. Qua re omnes istos me auctore deridete atque contemnite, qui se horum, qui nunc ita appellantur, rhetorum praeceptis omnem oratoriam vim complexos esse arbitrantur neque adhuc quam personam teneant aut quid profi-

18. *oratoriam* KS Bakium secuti: *oratorum* ω P Fr.

1. **quibus ... continetur,** 'on which... depends.'

3. **est aliter,** 'the case is otherwise.'

4. **non putant,** 'they refuse to consider him,' goes with *oratorem* as well as *hominem*.

6. **contempsit,** i.e. every one, suggested by **nemo**: cp. Hor. Sat. i. 1. 1 'qui fit ut nemo . . . contentus vivat, laudat diversa sequentes,' where the editors quote this passage, and Juv. vi. 17.

in quo . . . exhorrescunt? 'who is it then who thrills his audience?'

8. **deum,** i. 106.

9. **distincte** seems to differ from *plane*, by denoting the clearness which comes from a skilful arrangement, as distinguished from the intelligibility of simple language.

12. **ornate dicere** includes the clearness, artistic development of the theme, copiousness, brilliant thoughts and phrases (§ 201), and a rhythmical periodic style. *id est* (*qui dicunt*), *quod dico ornate* is the full construction.

idem, neuter, the artistic style of speaking. (*Id*, as Reid points out, would be more natural).

moderantur, 'manage.'

13. **dignitates,** 'the varied claims of:' for the plural of abstract substantives cp. Fabri on Liv. xxii. 40; Cic. ad Fam. iv. 8. 2 'nobilitatem vero et dignitates hominum quantum ei res et ipsius causa concedit, amplectitur:' Orat. 89: Seyffert on Lael. §§ 51, 68: Dräger, Synt. § 7: and above, i. 36.

laudis, 'excellence,' merit deserving praise, as often.

14. **negavit,** i. 94: see the context.

16. **me auctore,** 'if I may advise you,' i. 54.

18. **oratoriam,** a correction of Bake's for *oratorum* of the MSS. Pid. attempts to defend the plural, as used for symmetry with **rhetorum**: but there is no real parallelism. He admits that the singular would be otherwise required, or the adjective, which represents it. The change is slight and highly probable. Cp. i. 21. 64, 167, etc.

19. **personam,** 'part' or 'character,' with a metaphor from the stage.

teneant is a slight but probably legitimate variation for the common *sustineant*: e.g. pro Mur. 3. 6, etc.

teantur intellegere potuerunt. Vero enim oratori, quae sunt in hominum vita, quandoquidem in ea versatur orator atque ea est ei subiecta materies, omnia quaesita, audita, lecta, disputata, tractata, agitata esse debent. Est enim eloquentia una quaedam 55
de summis virtutibus; quamquam sunt omnes virtutes aequales et pares, sed tamen est specie alia magis alia formosa et inlustris, sicut haec vis, quae scientiam complexa rerum sensa mentis et consilia sic verbis explicat, ut eos, qui audiant, quocumque incubuerit, possit impellere; quae quo maior est vis, hoc est magis probitate iungenda summaque prudentia; quarum virtutum expertibus si dicendi copiam tradiderimus, non eos quidem oratores effecerimus, sed furentibus quaedam arma dederimus. Hanc, inquam, cogitandi pronuntiandique rationem **15**
vimque dicendi veteres Graeci sapientiam nominabant; hinc illi 56
Lycurgi, hinc Pittaci, hinc Solones atque ab hac similitudine Coruncanii nostri, Fabricii, Catones, Scipiones fuerunt, non tam fortasse docti, sed impetu mentis simili et voluntate. Eadem autem alii prudentia, sed consilio ad vitae studia dispari quietem atque otium secuti, ut Pythagoras, Democritus, Anaxagoras, a regendis civitatibus totos se ad cognitionem rerum transtulerunt;

1. *vero enim* ς: *verum enim* perperam codices nonnulli. 6. *specie* correxit K: *species* ω P Fr.

3. **subiecta**, i. 201, ii. 116.

5. **virtutibus**: according to the Stoic view propounded in i. 83.

6. **specie**, 'outward appearance.' Kayser's reading *specie* for *species* greatly improves the sentence.

aliă . . . aliā, 'one than another': cp. Cic. ad Fam. vii. 24. 2 'Sardi venales, alius alio nequior.'

7. **haec vis**, i. e. aliis virtutibus praestat.

scientiam complexa rerum, 'when it has mastered the facts of the case.'

sensa, i. 32.

9. **incubuerit**, 'it has thrown its weight,' stronger than *velit* in i. 30.

10. **probitate iungenda**: it seems quite impossible to deny that here *iungere* is used with a simple ablative, if the text is sound: cp. note at the end of Book II. Dr. Reid thinks *iungenda* open to objection as weak in itself, and neatly conjectures *uincienda*, comparing Tusc. D. ii. 48 and pro Mur. 23. I do not think the sense of the word unsuitable here.

12. **furentibus**: cp. Quintil. xii. 1. 1 'pessime mereamur de rebus humanis si latroni comparamus haec arma, non militi.' Pid.'s reff. are not at all parallel, for *furere* is used in a quite different sense.

13. **dederimus**, 'we shall find that we have given.' This is often the best translation for the fut. perf.

rationem, 'method.'

14. **sapientiam**: Isocrates regarded his training in rhetoric as a training in philosophy: cp. Introd. p. 36.

15. **Lycurgi**, 'men like Lycurgus,' i. 211 (note), ii. 94.

ab hac similitudine = 'ab horum similitudine,' ii. 53 (note). *ab hac sim.* is parallel to *hinc*, and suggests the source from which the characteristic excellence of each was derived. We may translate 'this it was that produced,' &c.

17. **impetu mentis**, 'tendency' or 'aims.'

18. **ad vitae studia**, 'in respect of their aims in life:' ii. 200.

20. **cognitionem rerum**, 'the study of nature,' i. e. philosophy.

quae vita propter tranquillitatem et propter ipsius scientiae
suavitatem, qua nihil est hominibus iucundius, pluris, quam utile
57 fuit rebus publicis, delectavit. Itaque, ut ei studio se excellen-
tissimis ingeniis homines dediderunt, ex ea summa facultate vacui
ac liberi temporis multo plura, quam erat necesse, doctissimi
homines otio nimio et ingeniis uberrimis adfluentes curanda sibi
esse ac quaerenda et investiganda duxerunt. Nam vetus qui-
dem illa doctrina eadem videtur et recte faciendi et bene dicendi
magistra; neque disiuncti doctores, sed eidem erant vivendi
praeceptores atque dicendi, ut ille apud Homerum Phoenix, qui
se a Peleo patre Achilli iuveni comitem esse datum dicit ad
58 bellum, ut efficeret oratorem verborum actoremque rerum. Sed
ut homines labore adsiduo et cotidiano adsueti, cum tempestatis
causa opere prohibentur, ad pilam se aut ad talos aut ad tesseras
conferunt aut etiam novum sibi ipsi aliquem excogitant in otio
ludum, sic illi a negotiis publicis tamquam ab opere aut tem-
poribus exclusi aut voluntate sua feriati totos se alii ad poëtas,
alii ad geometras, alii ad musicos contulerunt, alii etiam, ut
dialectici, novum sibi ipsi studium ludumque pepererunt atque
in eis artibus, quae repertae sunt, ut puerorum mentes ad hu-
manitatem fingerentur atque virtutem, omne tempus atque

5. *doctissimi . . . adfluentes* incl. K.

12. *efficeret* ω KS: *illum efficeret* P.

3. **excellentissimis ingeniis** is an abl. qual. and need not be also taken as an abl. instrum. with **dediderunt**, as by Harn.

4. **ex ea . . . temporis**, 'as a result of this unlimited command of time freely at their disposal.'

7. **ac quaerenda**: *ac* before a guttural seems always open to question in Cicero. Cp. Reid's exhaustive note on Acad. ii. 34. Here our best MSS. fail us, but it is possible, as Reid suggests, that the original reading may have been *quaerenda sibi esse et investiganda*: **curanda** can certainly well be spared, though it is not in itself indefensible.

11. **dicit**. Hom. Il. ix. 438 ff *σοὶ δέ μ' ἔπεμπε γέρων ἱππηλάτα Πηλεὺς . . . τοὔνεκά με προέηκε, διδασκέμεναι . . μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι πρηκτῆρά τε ἔργων.*

13. **adsueti**, like *adsuefacti*, seems always used with an abl. not a dat. in the time of Cicero: Vergil has both constructions: cp. Aen. vii. 746, and vii. 490. Cp. § 39.

tempestatis causa: '*causa* in the best prose almost always referring to the future, and implying a purpose,' L. & S. 'For the sake of' is a far commoner force than 'by reason of:' of the very numerous examples collected by Merguet, i. 482–3 and Lex. Phil. i. 398 there is not one which is really parallel to this. Hence Dr. Reid reasonably suspects an adscript here.

14. **pilam**, i. 217 (note).

tali (*ἀστράγαλοι*) were rounded at each end, with four flat sides, marked 1, 6, 3, and 4, respectively: they were used four together; and the highest throw (*Venus*) was when all four showed different numbers (Mart. xiv. 14), the worst (*canis*) when all four showed ace, but further details of the scoring are not preserved to us. The **tesserae** (*κύβοι*) were just like our dice. Cp. Becker, Gallus, iii. 326–335.

16. **ab opere**: the preposition is regularly repeated after **tanquam**; i. 46.

temporibus, 'by the circumstances of the time.'

aetates suas consumpserunt. Sed quod erant quidam eique **16**
multi, qui aut in re publica propter ancipitem, quae non potest **59**
esse seiuncta, faciendi dicendique sapientiam florerent, ut Themistocles, ut Pericles, ut Theramenes, aut, qui minus ipsi in re publica versarentur, sed huius tamen eiusdem sapientiae doctores essent, ut Gorgias, Thrasymachus, Isocrates, inventi sunt, qui, cum ipsi doctrina et ingeniis abundarent, a re autem civili et a negotiis animi quodam iudicio abhorrerent, hanc dicendi exercitationem exagitarent atque contemnerent; quorum princeps **60**
Socrates fuit, is, qui omnium eruditorum testimonio totiusque iudicio Graeciae cum prudentia et acumine et venustate et subtilitate tum vero eloquentia, varietate, copia, quam se cumque in partem dedisset omnium fuit facile princeps, eis*que*, qui haec, quae nunc nos quaerimus, tractarent, agerent, docerent, cum nomine appellarentur uno, quod omnis rerum optimarum cognitio atque in eis exercitatio philosophia nominaretur, hoc com-

7. *ingenio* ω PS. *ingeniis* K Fr Bakium secuti.

1. **quod erant quidam.** The argument does not depend upon the existence of the first class, but solely upon the second class. Cicero means to say that inasmuch as, while many combined practical activity with a capacity for eloquence, others wholly abandoned the former, some were found to condemn a training in speaking. But the passage cannot be considered well written, if *quod* is genuine.

2. **qui aut . . . aut, qui,** by a common irregularity.

4. **Theramenes,** ἀνὴρ οὔτε εἰπεῖν οὔτε γνῶναι ἀδύνατος. His character is praised by Aristotle (cp. Curtius, iii. 458) and severely condemned by Cox, ii. 556.

6. **Thrasymachus,** Introd. p. 30.

8. **animi quodam iudicio,** 'deliberately and on principle:' cp. ii. 10.

9. **princeps,** 'most important,' not necessarily the first in chronological order, though this also would be true.

11. **venustate,** 'charm,' not as Sorof 'sense of beauty,' but rather of the delightful humour of his discourse = ἀστειότης.

13. **dedisset**: the subj. is probably due here to the notion of 'reported thought' found in the passage. In that case the subj. plupf. is, as often, the reported form of the fut. ind.: Cicero would certainly have said 'quam me cumque in partem dedero, vincam.' But many scholars take this as an example of the subjunctive of indefinite repetition in the past, a construction common enough in later Latin, which they hold cannot be altogether denied to Cicero: see note on i. 232. Kühner, ii. p. 789.

facile princeps: 'facile' is not used in this sense by Cicero, except in this phrase (cp. pro Cluent. 11, de Div. ii. 87), with any other phrase than a superlative, e.g. 'facile deterrimus' (Tusc. i. 81), or a verb, as 'facile vincebant,' Somn. Scip. 3, 8. It is used as 'full' with numerals: e.g. pro Mil. 53 'quo in fundo facile hominum mille versabantur.' [Hence correct Krebs-Schmalz, i. 521.] The repetition of *princeps* has naturally struck some editors as strange, and Kayser brackets [**fuit, is, qui**] and [**omnium fuit facile princeps**], so that **Socrates** is the immediate subject to **eripuit.** But it is not intolerable tautology to say 'the leading man in this class was universally acknowledged to be quite the leading man of his time in practical sagacity, etc., as well as in eloquence.' Then Sorof's suggestion *eis*que *qui* for *eis qui* very easily restores the grammar.

16. **atque in eis exercitatio,** 'combined with practice in dealing with them,' i.e. with declamations such as those of the sophists. In the Euthydemus of Plato there is some curious criticism of persons who are half-philosophers, half-rhetoricians. 'In general the persons whom Plato ranks as enemies of philosophy are

mune nomen eripuit sapienterque sentiendi et ornate dicendi scientiam re cohaerentis disputationibus suis separavit; cuius ingenium variosque sermones immortalitati scriptis suis Plato
61 tradidit, cum ipse litteram Socrates nullam reliquisset. Hinc discidium illud exstitit quasi linguae atque cordis, absurdum sane et inutile et reprehendendum, ut alii nos sapere, alii dicere docerent. Nam cum essent plures orti fere a Socrate, quod ex illius variis et diversis et in omnem partem diffusis disputationibus alius aliud apprehenderat, proseminatae sunt quasi familiae dissentientes inter se et multum disiunctae et dispares, cum tamen omnes se philosophi Socraticos et dici vellent et esse
17 arbitrarentur. Ac primo ab ipso Platone Aristoteles et Xeno-
62 crates, quorum alter Peripateticorum, alter Academiae nomen obtinuit, deinde ab Antisthene, qui patientiam et duritiam in

the rhetors and politicians; but the example here chosen is not comprised in either of these classes: it is a semi-philosopher, yet a writer of discourses for others' (Grote's Plato, i. 560). Some have thought that Thrasymachus, or Lysias, or Theodorus was intended. It is more probable that it was meant for Isocrates.

philosophia, a name first applied to his pursuit of knowledge by Pythagoras (Tusc. D. v. 3, 8–9; Diog. Laert. Prooem. § 12 φιλοσοφίαν δὲ πρῶτος ὠνόμασε Πυθαγόρας, κ.τ.λ.). Cicero in telling the story makes P. define philosophy as 'contemplatio rerum cognitioque.'

1. **eripuit**, i.e. Socrates denied the name of philosophers to the rhetoricians.

re cohaerentis: Cicero would doubtless have written *scientias*, if he had ever allowed himself the plural.

disputationibus: it is mainly in the Phaedrus and the Gorgias that Plato attacks rhetoric, as taught in his time. Cicero has been unjustly censured for ascribing to Socrates the division between rhetoric and philosophy. He did as a fact point out that rhetoric was practised by some who made no pretence to philosophy, and so that the two were not indissolubly connected: but he denounced and ridiculed the unphilosophic rhetoric.

4. **Socrates**, bracketed by Kayser; but the unusual position lends emphasis, and is not sufficient reason for rejection.

5. **discidium**: cp. Madvig, de Fin. Exc. 11 'demonstratur *dissidium* non esse Latinam vocem, semperque scribendum *discidium*.' Here a few inferior MSS. give *dissidium*.

cordis, 'head' or 'brain:' cp. note on i. 198.

6. **inutile**: 'injurious' as often.

7. **orti fere**, 'we may almost say owing their existence to:' *fere* qualifies the positiveness of the assertion.

9. **quasi** apologises for **proseminatae** rather than **familiae**, which is often used in the sense of 'a school' without any qualification.

11. **omnes philosophi** is certainly too strong for the fact. Cicero's credit for exactness might be saved here by Dr. Reid's suggestion of *ei* for *se*.

12. **ab ipso Platone**: Xenocrates was the recognised successor of Plato's nephew Speusippus as head of the Academy; Aristotle, though a hearer of Plato, differed widely from him on many points, and criticised his views freely.

14. **obtinuit**: it is not correct to say that this word never means 'obtain,' though 'maintain' is usually a more correct rendering: cp. Reid on pro Arch. 9, Du Mesnil on de Leg. i. 59. Here there may be a zeugma; Aristotle and his pupils received the name of Peripatetics, Xenocrates only kept up the name of the Academy: cp. Cic. Acad. i. 4. 17.

Antisthenes declared the supreme good to consist in virtue, 'by which he meant an independent and self-sufficing character, confining all wants within the narrowest limits' (Grote's Plato, iii. 477); Aristippus placed it 'in the moderate and easy plea-

Socratico sermone maxime adamarat, Cynici primum, deinde Stoici, tum ab Aristippo, quem illae magis voluptariae disputationes delectarant, Cyrenaica philosophia manavit, quam ille et eius posteri simpliciter defenderunt, hi, qui nunc voluptate omnia metiuntur, dum verecundius id agunt, nec dignitati satis faciunt, quam non aspernantur, nec voluptatem tuentur, quam amplexari volunt. Fuerunt etiam alia genera philosophorum, qui se omnes fere Socraticos esse dicebant, Eretricorum, Erilli-

4. *defenderant* ς : *defendebant* Fr.

sures, in avoiding ambitious struggles, and in making the best of every different situation, yet always under the guidance of a wise calculation and self-command. Both of these kept clear of the transcendental: they neither accepted it as Unum et Omne (the view of Eukleides), nor as Plura (the Eternal Ideas or Forms, the Platonic view). Their speculations had reference altogether to human life and feelings; and in thus confining the range of their speculations, they followed Socrates more closely than either Eukleides or Plato followed him' (*ib.*). Cp. too Zeller, Socrates and the Socratic School, p. 211: 'The highest duty of man was by Socrates placed in the knowledge of the Good. What that Good was he could not determine more accurately, but he was partly satisfied with a practical view of it, and was partly restricted to a theory of relative pleasure. These various sides of his philosophy now diverge, and are rounded into systems. One party confines itself to the general burden of the teaching of Socrates—the abstract idea of the Good. Others [Aristippus and the Cyrenaics] start from pleasure, making it a gauge of the good, and the Good itself something relative. Again, within the former class some [the Megarics] make the theoretical, others [Antisthenes and the Cynics] the practical treatment of the Good to be the main point.' The relation of the Socratic schools to Socrates is clearly stated in Prof. J. B. Mayor's 'Sketch of Ancient Philosophy.'

2. **Stoici**: Zeno of Citium was a pupil of the Cynic Crates, but made such important modifications and extensions of his teaching that he was considered to have founded a new school. The case was much the same with Epicurus and the Cyrenaic teaching, although he does not appear to have been the pupil of any Cyrenaic philosopher. Cp. Zeller's Stoics, pp. 36 ff. and 434 ff.

tum: not to be taken strictly of chronological sequence: Aristippus 'had already attained to a certain maturity of thought when he first became acquainted with Socrates . . . and further he was connected with him for several years' (Zeller, l. c.). We cannot suppose that he was born later than the beginning of the Peloponnesian War; it is a strange slip on the part of Piderit, carelessly copied by Sorof, to give his birth-year as B.C. 404. Sorof blunders as badly in taking Piderit's date for Antisthenes ('circa 400') to be the date of birth: it may be approximately his 'floruit,' but he was probably a little older than Aristippus. Aristotle was born about half-a-century later (in B.C. 384), Xenocrates in B.C. 396. The order is probably suggested by the relative importance of the schools.

illae voluptariae disputationes: 'the founder of the Cyrenaics, from all we can judge, firmly believed that he was clinging to the true spirit of the Socratic teaching' (Zeller's Socrates, p. 129); 'Socrates would practically seem to hold that there is no standard but advantage and disadvantage, by which good and evil can be tested (*ib.*, p. 125). This is clearly the teaching of Protagoras (cp. Grote's Plato, vol. ii. 82, 123, 129, etc.), and of Xenophon's Socrates, though the Platonic Socrates elsewhere greatly modifies it.

4. **simpliciter**, 'frankly,' 'without qualification.'

hi, the Epicureans, who insisted that virtue was the only road to happiness, whereas Aristippus had made pleasure reside in sensual enjoyment (Zeller's Stoics etc., pp. 476–482).

5. **dignitati**, 'the claims of virtue:' *dignitas* is one of Cicero's translations of τὸ καλὸν or ἀρετή: cp. de Fin. ii. 107, and iii. 1 'voluptatem quidem . . . concessuram arbitror dignitati': Tusc. D. ii. 31.

8. **Eretricorum**: Phaedo, the favourite pupil of Socrates, after his master's death

-orum, Megaricorum, Pyrrhoneorum; sed ea horum vi et dis-
63 putationibus sunt iam diu fracta et exstincta. Ex illis autem quae remanent, ea philosophia, quae suscepit patrocinium voluptatis, etsi cui vera videatur, procul abest tamen ab eo viro, quem quaerimus et quem auctorem publici consilii et regendae civitatis ducem et sententiae atque eloquentiae principem in senatu, in populo, in causis publicis esse volumus. Nec ulla tamen ei philosophiae fiet iniuria a nobis; non enim repelletur inde, quo adgredi cupiet, sed in hortulis quiescet suis, ubi volt, ubi

9. non *cupiet* voluit Matthiae, quem secuti sunt Bakius et Sorofius: nolunt *non* additum Ell. KP Fr.

founded a school at Elis. Afterwards the school was removed to Eretria by Menedemus and Asclepiades, where it flourished for a time and then died out. Menedemus affirmed that there was only one good —Intelligence, which he identified with a rational direction of the will (τὸ ἐπιθυμεῖν ὧν δεῖ). Cp. Cic. Acad. ii. 129 'A Menedemo autem quod is ex Eretria fuit, Eretriaci appellati, quorum omne bonum in mente positum et mentis acie, qua verum cerneretur: Elii [i. e. Phaedo and his followers] similia, sed, opinor, explicata uberius et ornatius.' The MSS. are corrupt: 'Elii' is Reid's reading; most editors give 'Erilli,' which seems out of place here.

Erilliorum: Erillus of Carthage was a pupil of Zeno the Stoic: cp. de Fin. ii. 13. 43 'Erillus autem ad scientiam omnia revocans unum quoddam bonum vidit, sed nec optimum nec quo vita gubernari possit. Itaque hic ipse iam pridem est reiectus.' The best MSS. give *Erillus* rather than *Herillus*: cp. Madvig on de Fin. ii. 35. Cp. Zeller's Stoics, p. 58, and Cic. Acad. ii. 129 'omitto illa quae relicta iam videntur: Erillum, qui in cognitione et scientia summum bonum ponit; qui cum Zenonis auditor esset, vides quantum ab eo dissenserit et quam non multum a Platone.'

1. **Megaricorum**: cp. Acad. ii. 129, 'Euclides, Socratis discipulus, Megareus, a quo idem illi Megarici dicti, qui id bonum solum esse dicebant, quod essent unum et simile et idem semper. Hi quoque multa a Platone.' Zeller, Socrates etc., p. 212 ff. Euclides developed the Socratic philosophy by making use of the Eleatic doctrines. Stilpo was his most important follower: 'Zeno united the most valuable parts of the Megarian and Cynic doctrine in the more comprehensive system of the Stoics' (Zeller).

Pyrrhoneorum: Pyrrho of Elis was the founder of the Sceptical school: cp. Zeller, Stoics etc., pp. 514 ff. His doctrine was that things are altogether inaccessible to knowledge, and that therefore no proposition can be made about them, 'οὐ γὰρ μᾶλλον τόδε ἢ τόδε εἶναι ἕκαστον.' Cic. de Fin. ii. 43.

horum, the schools now in vogue. All that was valuable in the Pyrrhonist teaching had been adopted by the New Academy.

2. **iam diu fracta**: de Off. i. 6 'Aristonis, Pyrrhonis, Erilli iam pridem explosa sententia est.'

4. **etsi cui vera videatur**: Epicureanism was making great advances at Rome about B.C. 100–90. Phaedrus was teaching with success at the end of this period, and numbered Cicero among his pupils. Probably more of Cicero's own friends were Epicureans than adherents of any other school. Stoicism had been the accepted philosophy of the previous generation: but now 'every one who displayed intellectual vigour opposed the Stoa or ignored it. It was principally antipathy towards the boastful and tiresome Roman Pharisees, coupled doubtless with the increasing disposition to take refuge from practical life in indolent apathy or empty irony, that occasioned during this epoch the extension of the system of Epicurus to a larger circle' (Mommsen, iv. 560).

5. **auctorem**, 'leader' in the Senate: i. 211. 215.

9. **quo aggredi cupiet**, 'which it desires to approach:' *aggredi* is not commonly

etiam recubans molliter et delicate nos avocat a Rostris, a iu-
diciis, a curia, fortasse sapienter, hac praesertim re publica.
Verum ego non quaero nunc, quae sit philosophia verissima, sed 64
quae oratori coniuncta maxime; qua re istos sine ulla contumelia
dimittamus; sunt enim et boni viri et, quoniam sibi ita videntur,
beati; tantumque eos admoneamus, ut illud, etiamsi sit verissi-
mum, tacitum tamen tamquam mysterium teneant, quod negant
versari in re publica esse sapientis; nam si hoc nobis atque
optimo cuique persuaserint, non poterunt ipsi esse, id quod
maxime cupiunt, otiosi. Stoicos autem, quos minime improbo, **18**
dimitto tamen nec eos iratos vereor, quoniam omnino irasci 65
nesciunt; atque hanc eis habeo gratiam, quod soli ex omnibus
eloquentiam virtutem ac sapientiam esse dixerunt. Sed nimirum
est in his, quod ab hoc, quem instruimus oratore, valde ab-

6. *tantumque* ω *tantum* K. *etiamsi sit* KS Bakium secuti, collato *etsi cui vera videatur* § 63. *etiam si est* ω P Fr. 13. *sed nimirum* S, quod idem voluerat K. *sed utrumque* ω P. *sed utcunque est* coniecerat Ell.

used of places in this sense: it is more common of persons. The proposal of Matthiae to read 'aggredi *non* cupiet' has been approved by Sorof; but no change is required. The meaning is virtually the same with or without the negative. The text means 'it will not be a case of repelling it from a place which it desires to approach:' with the negative it is, 'it will not be repelled from a place which it does not desire to approach:' the former is quite as good as the latter.

hortulis: Epicurus possessed a garden near Athens, which he left to his successors in the school, and in which regular festivals of the adherents were held. Hence the Epicureans were known as *οἱ ἀπὸ τῶν κήπων*.

2. **hac.. re publica**, ii. 4, 'hoc populo.'

5. **boni viri**, 'worthy folk,' with some contempt.

7. **quod negant**, 'their assertion that it is not.' Reid suggests 'quo negant,' comparing Acad. ii. 111, Tusc. D. i. 52, Cat. M. 73. For the Epicurean quietism cp. Zeller, p. 491, and his reff. Cicero's friend Atticus is a well-known instance of one who carried this out in practice. The wise man will only enter into political life in case and in so far as this is necessary for his own safety.

11. **irasci nesciunt**: all emotions [perturbationes, *πάθη*] were regarded as contrary to reason and nature, impulses transgressing the right mean. Cp. Cic. Tusc. D. iii. 19 'numquam sapiens irascitur:' cp. iv. 21; pro Mur. 30. 62; de Off. i. 25, and Seneca de Ira *passim*.

13. **virtutem**, § 55.

sed † ***utrumque*** **est in his** is the reading of the MSS., where *utrumque* is unintelligible. It could only refer to two things already mentioned, not to two to be spoken of, even if we assume that *vel quod* is taken up by asyndeton by *accedit quod*. Though Pid. retained it, Bake struck it out, reading 'sed est in his . . . velut quod:' Klotz proposed 'sed utique est in his'='but anyhow there is in them:' this is adopted by Adler; but *utique* is rarely, perhaps never (de Div. ii. 119 is hardly certain) used by Cicero except in his Epistles: Kayser suggested and Sorof has printed **nimirum**, which is perhaps as good as anything. Ellendt's 'utcumque est, est in his' also gives the meaning well. But there is very little to point to one of these conjectures rather than another. Dr. Reid very ingeniously suggests *vitium quoque*, which would be irresistible, if it were not that *two* defects of Stoicism are pointed out—their paradoxical views on ethics, and their obscure style.

horreat; vel quod omnis, qui sapientes non sint, servos, latrones, hostis, insanos esse dicunt, neque tamen quemquam esse sapientem: valde autem est absurdum ei contionem aut senatum aut ullum coetum hominum committere, cui nemo illorum, qui
66 adsint, sanus, nemo civis, nemo liber esse videatur. Accedit quod orationis etiam genus habent fortasse subtile et certe acutum, sed, ut in oratore, exile, inusitatum, abhorrens ab auribus volgi, obscurum, inane, ieiunum, ac tamen eius modi, quo uti ad volgus nullo modo possit: alia enim et bona et mala videntur Stoicis et ceteris civibus vel potius gentibus; alia vis honoris, ignominiae, praemii, supplicii; vere an secus nihil ad hoc tempus; sed ea si sequamur, nullam umquam rem dicendo expedire possimus.
67 Reliqui sunt Peripatetici et Academici; quamquam Academicorum nomen est unum, sententiae duae; nam Speusippus Platonis sororis filius et Xenocrates, qui Platonem audierat, et qui Xenocratem Polemo et Crantor, nihil ab Aristotele, qui una audierat Platonem, magno opere dissenserunt; copia fortasse et

1. *latrones* Pearcio auctore incl. Fr. 9. *possit* ω PS: *possis* K. 17. *dissenserunt* corr. Lambin. KS, quod non improbat Ell. *dissensit* ω P F.

1. **vel quod,** 'in the first place that,' etc. **omnis . . . insanos**: for the Stoic paradoxes cp. pro Mur. 29. 61; Acad. ii. 144; Zeller, Stoics, pp. 208 ff. The unwise are **latrones** inasmuch as they can do nothing aright, and hence are guilty potentially of all vices.

2. **neque tamen quemquam,** etc.: cp. Lael. 5. 18 'negant esse quemquam virum bonum nisi sapientem. Sit ita sane: eam sapientiam interpretantur quam adhuc mortalis nemo est consecutus.'

6. **orationis genus,** ii. 159, Brut. 114 'quorum peracutum et artis plenum orationis genus scis tamen esse exile nec satis populari assensioni accommodatum.'

7. **ut in oratore,** 'for an orator': ii. 2, 54: Cat. M. 12 'multae etiam ut in homine Romano litterae.'

8. **ac tamen eius modi**: *tamen* seems at first sight quite out of place; most recent editors with Ernesti read *totum*, a not very attractive conjecture. Ellendt's expedient of rejecting the whole clause does not help us to understand how *tamen* came in. But the word is used here, as in the exx. quoted by Munro on Lucr. v. 1177, in the sense of 'apart from this,' without any necessarily adversative force. The next clause evidently requires something to have been said referring to the different sense which words had with the Stoic and with the ordinary hearer. The language of the Stoic philosophy, even if it had been more elegant, would be unfit to be addressed to the populace, *for* they have different notions as to what is good and evil from the rest of the world.

9. **alia . . . et** for the more usual *ac*, perhaps to avoid *ac* before a guttural, as before a vowel in pro Caec. 20, 57; de Off. ii. 18, 61.

11. **vere an secus,** 'whether rightly or wrongly.'

possit, sc. the orator. Manutius not unnaturally suggested *possis*.

14. **sententiae duae**: Arcesilas, though he retained the name of the Academy, really founded a new school, the distinctive doctrines of which were unknown to the Old Academy.

16. **nihil . . . magno opere,** a very rare combination: the meaning seems to be 'differed on no point to any great extent.'

dissenserunt: Pid. defends the reading of the MSS. *dissensit*: cp. *narravit* ii. 2, *exspectat* 26: yet neither of these has a plural in the immediate neighbour-

varietate dicendi pares non fuerunt: Arcesilas primum, qui Polemonem audierat, ex variis Platonis libris sermonibusque Socraticis hoc maxime adripuit, nihil esse certi quod aut sensibus aut animo percipi possit; quem ferunt eximio quodam usum lepore dicendi aspernatum esse omne animi sensusque iudicium primumque instituisse—quamquam id fuit Socraticum maxime—non quid ipse sentiret ostendere, sed contra id, quod quisque se sentire dixisset, disputare. Hinc haec recentior 68
Academia manavit, in qua exstitit divina quadam celeritate ingenii dicendique copia Carneades; cuius ego etsi multos audi-

3. *certi* incl. K; sed vide adnotationes.

hood, like *fuerunt*. It is better therefore to suppose that *audierat* immediately preceding led the copyists to assimilate *dissentiunt*. The Old Academy practically agreed with Aristotle on the great test question of the *summum bonum*: cp. de Fin. ii. 34 'Polemoni et iam ante Aristoteli ea prima visa sunt, quae paulo ante dixi.' Polemo had among his pupils both Arcesilas and Zeno. Cp. Acad. i. 34.

1. **primum**, 'as the first point' of deviation: hence virtually, though not grammatically, equivalent to *primus*.

3. **nihil esse certi**: this is rather the general result of some of Plato's 'Dialogues of Search' than the definite conclusion of any of them. Zeller, Stoics, p. 530. Cp. Reid on Acad. ii. 74.

certi rejected by Bake and Kayser on the ground that Cicero elsewhere says simply 'nihil percipi posse' or 'comprehendi,' e.g. Acad. ii. 18, i. 44, etc. But there seems no reason why he should always have used exactly the same formula. I do not see why the edd. say that 'nihil esse certi' is predicate to the subject 'quod percipi possit:' the meaning is simply 'that there is no certainty which can be grasped either by the senses or the intellect.' To render 'that what can be grasped either by the senses or the intellect is no certainty' would be to assert that things can be grasped (without being certain); but this possibility of 'grasping' was just what the New Academy denied. Cp. Acad. ii. 17 'eosque qui persuadere vellent esse aliquid quod comprehendi et percipi posset, inscienter facere dicebant'; i. 44, etc.

4. **possit**: cp. ii. 348 (note).

5. **lepore dicendi**: 'fortified with extraordinary acuteness, penetrating wit, and ready speech,' says Zeller of Arcesilas: cp. his reffs. on p. 530, and Cic. Acad. ii. 16 'floruit cum acumine ingeni tum admirabili quodam lepore dicendi.' He left no books behind him, but his doctrines were committed to writing by Lacydes.

6. **iudicium** = κριτήριον, as regularly in the philosophical works.

Socraticum: de Fin. ii. 2 'percontando atque interrogando elicere solebat [Socrates] eorum opiniones, quibuscum disserebat, ut ad ea, quae ei respondissent, si quid videretur, diceret. Qui mos cum a posterioribus non esset retentus, Arcesilas eum revocavit instituitque ut ei, qui se audire vellent, non de se quaererent, sed ipsi dicerent quid sentirent: quod cum dixissent, ille contra: sed eum qui audiebant, quoad poterant, defendebant sententiam suam.'

8. **recentior**: sometimes Arcesilas is regarded as the founder of the New Academy (cp. Reid, Acad. p. 55). Sometimes his school is called the Middle Academy and that of Carneades the New Academy. Others again (as Ueberweg i. 133) constitute five schools, Plato founding the first, Arcesilas the second, Carneades the third, Philo the fourth, and Antiochus the fifth: then the second and third together form the Middle, and the fourth and fifth the New Academy.

10. **Carneades**: i. 45. 49; ii. 155. 161; Acad. i. 46, de Rep. iii. 8, all refer to his striking eloquence.

cuius ego: the pronouns brought together as usual in Cicero. Carneades died in B.C. 129, at the age of ninety (Acad. ii. 6. 16): others make him somewhat younger. **Romae**, in B.C. 155 (ii. 37. 155); if Scaevola heard him then, we must put his

tores cognovi Athenis, tamen auctores certissimos laudare possum et socerum meum Scaevolam, qui eum Romae audivit adulescens, et Q. Metellum L. F. familiarem meum, clarissimum virum, qui illum a se adulescente Athenis iam adfectum senec-
19 tute multos dies auditum esse dicebat. Haec autem, ut ex
69 Apennino fluminum, sic ex communi sapientiae iugo sunt doctrinarum facta divortia, ut philosophi tamquam in superum mare [Ionium] defluerent Graecum quoddam et portuosum, oratores autem in inferum hoc Tuscum et barbarum scopulosum atque
70 infestum laberentur, in quo etiam ipse Ulixes errasset. Qua re,

6. *sapientiae* KS ex Nonio, p. 290: *sapientium* ω P. 8. [*Ionium*] incl. KS. *Graecum* ω PS: [*Gr*]*aecum*, i. q. *aequum* K. 9. *Tuscum et barbarum* incl. K.

birth at least ten years earlier than is done in Introd. p. 22, and he must have been quite eighty years of age at the date of this dialogue. **Q. Metellum L. F.** i.e. Numidicus, consul in B.C. 109, censor B.C. 107, banished by Saturninus in B.C. 100. When Metellus was twenty years of age, Carneades may have been about eighty or eighty-five.

1. **laudare**, here almost in the later sense of 'quote:' cp. Brut. 11. 44 'quem rerum Romanorum auctorem laudare possum religiosissimum.'

5. **Haec autem**, etc. Crassus returns, after his rapid sketch of the development of speculative philosophy since its severance from rhetoric (§ 60), and sums up the general result in a metaphor: 'This is how the streams of learning parted from the common watershed of wisdom, as rivers do from the Apennines, the philosophers making their way down into the upper sea, which is Greek and rich in harbours, while the orators come down into this barbarous Tuscan sea with its dangerous rocks, wherein even Ulysses himself lost his way.' That is to say, since the division the Greeks have taken to philosophy, with its quiet and safe retreats; the Romans to oratory with its greater stress and danger.

7. **divortia**: ad Att. v. 20. 3 'ad Amanum contendi, qui Syriam a Cilicia in aquarium divortio (*at the watershed*) dividit:' Lucan ii. 404 'fluminaque in gemini spargit divortia ponti' (sc. Appenninus), where Haskins translates 'into two widely parted seas.' In Luc. ii. 580 'Scythici divortia Ponti' can hardly be anything but 'the distant waters of the Scythian Pontus,' waters far removed from Rome, but that is clearly an extended meaning; and neither passage of Lucan is a real parallel to this, where 'severance' is nearer to the point. In Liv. xxxviii. 45. 3 'et prope ipsis iugis ad divortia aquarum castra posuisse,' we may translate 'at the parting of the waters,' like 'divortia itinerum' = 'the parting of the roads,' in xliv. 2. 7: cp. 'mons . . . divisus aquarum divortiis,' in ad Fam. ii. 10. 2.

ut is explanatory, 'to wit, that.' As the *Apenninus* is the *iugum* for the rivers, so *sapientia* is the *iugum* whence oratory and philosophy diverge. The MSS. give 'sapientium,' which is unintelligible, but fortunately Nonius, p. 290 M, has preserved the true reading.

8. **Ionium** is evidently out of place, and bears all the marks of being a gloss. It is perhaps hardly needful to warn against Calvert's blunder of supposing that *mare Ĭŏnium* had anything to do with Iōnia, though Servius on Verg. Aen. iii. 211 seems to sanction it.

quoddam seems to be emphasising, as often with adjectives: 'quite Greek:' so 'ingenti quodam' in § 70. It is strange that Cicero should speak as if oratory were entirely a Roman accomplishment; but the metaphor is somewhat awkward to handle. There is no sufficient reason to reject with Bake the whole clause, 'ut philosophi . . . errasset,' although it could well be spared. The east coast of Italy is by no means rich in harbours, but it is at least better supplied than the western. Perhaps Cicero is thinking of the harbours of Epirus.

10. **Qua re**, 'hence,' i.e. because oratory has become so completely separated from philosophy.

si hac eloquentia atque hoc oratore contenti sumus, qui sciat aut negare oportere, quod arguare, aut, si id non possis, tum ostendere, quod is fecerit, qui insimuletur, aut recte factum aut alterius culpa aut iniuria aut ex lege aut non contra legem aut imprudentia aut necessario, aut non eo nomine usurpandum, quo arguatur, aut non ita agi, ut debuerit ac licuerit; et, si satis esse putatis ea, quae isti scriptores artis docent, discere, quae multo tamen ornatius, quam ab illis dicuntur, et uberius explicavit Antonius—sed, si his contenti estis atque eis etiam, quae dici voluistis a me, ex ingenti quodam oratorem immensoque campo in exiguum sane gyrum compellitis. Sin veterem illum Periclem 71
aut hunc etiam, qui familiarior nobis propter scriptorum multitudinem est, Demosthenem sequi voltis et si illam praeclaram et

4. *aut iniuria* ω PS: *vel iniuria* K.

2. **aut negare**, etc., i.e. the most elementary technical rules: cp. ii. 104 and Introd. p. 59.

quod arguare, 'a charge brought against you.' *arguo* is one of the words which can take an accusative of the thing charged, as a kind of limiting accusative (Roby, § 1094): cp. Lucr. vi. 405 'quid undas arguis?' with Munro's reff.: Plaut. Trin. 96 'si id me non accusas': Amphit. 859 'sic me insimulare falso facinus tam malum.' This accusative can be retained in the passive: Roby, § 1122. Cp. i. 35, iii. 184.

We have here (1) the *constitutio coniecturalis*, a question of fact, 'negare:' (2) the *constitutio iuridicialis*, a question as to the character of the act, where it is maintained that it was justifiable, or due to the action of some one else, or legitimate, or permissible, or unintentional, or inevitable: (3) *constitutio definitiva*, a question of the name to be applied to it: or (4) *constitutio translativa*, a question as to the court which had jurisdiction, and the form in which the action was brought. Cicero is here adopting the division of Hermagoras (Introd. p. 60), rather than that given by Cornificius.

4. **culpa** is intentional, **iniuria** not necessarily so.

5. **eo nomine usurpandum**: a very curious extension of the common use of *usurpare*, as in Liv. ii. 40. 11 'saepe eum usurpasse vocem, multo miserius seni exsilium esse.' Hence we get the construction 'quod usurpamus' = 'a word which we apply' or simply 'which we speak of' (cp. Sandys on Orat. 22. 73): and thence again 'idque libenter crebris usurpare sermonibus' (pro Marc. 2. 5): so that we even find 'C. Laelius, is qui Sapiens usurpatur' (= is spoken of) in de Off. ii. 11. 40, where cp. Holden's note. There is one instance (in Vat. 11. 27) in which the word is followed by acc. and inf. 'usurpas te legem tulisse.' Then **quo arguatur** is 'under which the charge is brought:' *argui* seems impersonal here, though it is personal above, and this is the more common construction. A double acc. like 'id quod me arguis' in Phil. ii. 29, shows that the passive can be used of the person charged, or the offence charged: cp. Caec. 2 'non dubitabit id ipsum quod arguitur confiteri.' Hence *quod arguatur* would stand here; but it is not necessary.

7. **scriptores artis**: the genitive singular seems strange here: but it finds a parallel in i. 113, where no corruption is probable.

9. **Antonius**: ii. 104–113, 162–173.

11. **compellitis**: Acad. ii. 112 'cum sit enim campus, in quo exsultare possit oratio, cur eam tantas in angustias et Stoicorum in dumeta compellimus.' [Cp. Stat. Silv. iv. 7

'Iam diu lato spatiata campo
Fortis heroos, Erato, labores
Differ, atque ingens opus in minores
Contrahe gyros.'

J. S. R.]

eximiam speciem oratoris perfecti et pulcritudinem adamastis,
aut vobis haec Carneadia aut illa Aristotelia vis comprehendenda
72 est. Namque, ut ante dixi, veteres illi usque ad Socratem
omnem omnium rerum, quae ad mores hominum, quae ad vitam,
quae ad virtutem, quae ad rem publicam pertinebant, cogni-
tionem et scientiam cum dicendi ratione iungebant; postea
dissociati, ut exposui, a Socrate [diserti a doctis] et deinceps
a Socraticis item omnibus philosophi eloquentiam despexerunt,
oratores sapientiam, neque quicquam ex alterius parte tetigerunt,
nisi quod illi ab his aut ab illis hi mutuarentur; ex quo promisce
73 haurirent, si manere in pristina communione voluissent. Sed ut
pontifices veteres propter sacrificiorum multitudinem tris viros
epulones esse voluerunt, cum essent ipsi a Numa, ut etiam illud
ludorum epulare sacrificium facerent, instituti, sic Socratici a se
causarum actores et a communi philosophiae nomine separave-
runt, cum veteres dicendi et intellegendi mirificam societatem

7. [*diserti a doctis*] inclusit Müller: secuti sunt KS.

1. **speciem**, 'ideal,' 'fair vision,' taken up by **pulcritudinem**.

2. **haec**, of more recent times: **illa**, in earlier days. In the same way Demosthenes is regarded as standing nearer to Crassus than Pericles. Bake needlessly rejects *haec*.

vis, here 'dialectic power:' ii. 161.

procudenda, by hammering on the anvil: cp. Verg. G. i. 261 'procudit arator vomeris obtunsi dentem': it is the opposite of 'obtundere' used as in § 93 and ii. 282. Cp. Pind. Pyth. i. 166 ἀψευδεῖ πρὸς ἄκμονι χάλκευε γλῶσσαν.

11. **pectus**, 'the mind;' more commonly in the sense of 'the heart:' but cp. Hor. Sat. ii. 4. 90 'quamvis memori referas mihi pectore cuncta.' In the orations Cicero never uses the word in any but the physical sense, except in Phil. ii. 111, where there is a play upon both meanings, 'tuum hominis simplicis pectus vidimus,' and in Pis. 24 'angustiae pectoris tui non capiunt.'

14. **in ... publicis**, i.e. in civil suits, in criminal trials, and in the debates of the forum and the senate.

16. **caducam**, 'lapsed.' Ulpian, xvii. 1 (in Muirhead's Gaius, p. 394) 'quod quis sibi testamento relictum, ita ut iure civili capere possit, aliqua ex causa non ceperit, *caducum* appellatur, veluti cecidit ab eo.' Cp. King's note on Phil. x. 11 'caducae hereditates.'

atque etiam aut inridentes oratorem, ut ille in Gorgia Socrates, cavillantur aut aliquid de oratoris arte paucis praecipiunt libellis eosque rhetoricos inscribunt, quasi non illa sint propria rhetorum, quae ab eisdem de iustitia, de officio, de civitatibus instituendis et regendis, de omni vivendi [denique etiam de naturae] ratione
dicuntur. Quae quoniam iam aliunde non possumus, sumenda **123**
sunt nobis ab eis ipsis, a quibus expilati sumus; dum modo illa ad hanc civilem scientiam, quo pertinent et quam intuentur, transferamus, neque, ut ante dixi, omnem teramus in his discendis rebus aetatem; sed cum fontis viderimus, quos nisi qui celeriter cognorit, numquam cognoscet omnino, tum, quotienscumque opus erit, ex eis tantum, quantum res petet, hauriemus;
nam neque tam est acris acies in naturis hominum et ingeniis, **124**
ut res tantas quisquam nisi monstratas possit videre, neque tanta tamen in rebus obscuritas, ut eas non penitus acri vir ingenio cernat, si modo aspexerit. In hoc igitur tanto tam immensoque campo cum liceat oratori vagari libere atque ubicumque constiterit, consistere in suo, facile suppeditat omnis apparatus orna-
tusque dicendi; rerum enim copia verborum copiam gignit; et, **125**
si est honestas in rebus ipsis, de quibus dicitur, exsistit [ex re]

5. *denique etiam de naturae* Bakium secutus incl. K. 7. *exspoliati* M^2 (teste Ellendtio): *expilati A*.

1. **in Gorgia,** i. 47 (note).

2. **cavillantur,** 'banter,' ii. 218 (note).

3. **rhetoricos inscribunt,** i. 55, a passage which shows that Cicero has mainly in view Aristotle and Theophrastus. Cp. Theon. Progymn. Ep. ii. 69 *παραδείγματα δὲ τῆς τῶν θέσεων γυμνασίας λαβεῖν ἔστι παρά τε Ἀριστοτέλους καὶ Θεοφράστου. πολλὰ γάρ ἐστιν αὐτῶν βιβλία θέσεων ἐπιγραφόμενα.*

4. **de iustitia,** &c., i.e. their treatises on ethics, on politics, and on physics. Crassus (rather absurdly) complains that these also should have been included in the *ῥητορικά*, inasmuch as a knowledge of these subjects is needed for the orator. In i. 68 Crassus reluctantly concedes physics and dialectics to the philosophers, but in Orat. 16 Cicero repeats his claim for physics: 'quid dicam de natura rerum, cuius cognitio magnam orationis suppeditat copiam?'

7. **dum modo illa . . . transferamus,** i.e. the abstract doctrines of ethics, &c., if borrowed by the orator from the philosophers, are yet to be adapted for use in public life, for which they are really intended, and which they have in view. Schütz's proposal to read 'intuemur' is plausible, and naturally occurs to a reader: but it is not a violent metaphor to speak of these abstract doctrines as having a regard to the practical needs of life.

9. **ante,** § 86 ff.

10. **fontis,** i. 203, ii. 117, 174.

11. **numquam cognoscet,** § 89.

18. **suppeditat**: this neuter use of the word, though less common than the transitive form, is not rare in Cicero; cp. de Nat. D. i. 109 'innumerabilitas suppeditat atomorum.' Wharton, Etym. Lat., does not accept the notion that it may be a frequentative from 'suppeto;' but the similarity in meaning is curious. Corssen, Beitr. 96, also denies the connexion, assuming a primary 'suppedo,' like 'repedo,' which is probable.

apparatus, § 92.

19. **rerum . . . copia,** ii. 146 (note): cp. *res* (sing. and plur.) in i. 20.

20. **honestas,** 'elevation.'

naturalis quidam splendor in verbis. Sit modo is, qui dicet aut scribet, institutus liberaliter educatione doctrinaque puerili et flagret studio et a natura adiuvetur et in universorum generum infinitis disceptationibus exercitatus ornatissimos scriptores oratoresque ad cognoscendum imitandumque delegerit, ne ille haud sane, quem ad modum verba struat et inluminet, a magistris istis requiret; ita facile in rerum abundantia ad orationis ornamenta sine duce natura ipsa, si modo est exercitata, delabitur.'

32 Hic Catulus 'di immortales,' inquit 'quantam rerum varieta-
126 tem, quantam vim, quantam copiam, Crasse, complexus es quantisque ex angustiis oratorem educere ausus es et in maiorum suorum regno conlocare! Namque illos veteres doctores auctoresque dicendi nullum genus disputationis a se alienum putasse accepimus semperque esse in omni orationis ratione versatos;
127 ex quibus Eleus Hippias, cum Olympiam venisset maxima illa

8. *si modo erit, excitante delabetur* S: *si modo est exercitata delabitur M*: *si modo est, excitabitur* Bakium secutus K: *si modo est excitata, labetur* Ell.

4. **exercitatus,** &c., 'after a training in the abstract discussion of general questions.'

5. **ne ille**: cp. Ritschl, Prol. Trin. 97 'prorsus novicia affirmandi particula *nae* est, quam constantissimo testimonio antiqui libri [so here *M*] *ne* fuisse consentiunt.' The word is in good Latin always followed by a personal or demonstrative pronoun: cp. Fleckeisen, Philol. ii. 101; Reid on Acad. ii. 117. The examples from Plautus (Asin. 374, Rudens 977) and Terence (Andr. Prol. 17), where it is not so followed, quoted by Forcellini, are corrected by the best editors. Liv. xxvi. 31. 10 admits of easy correction (cp. Weissenborn): in xxxiv. 4. 16 the reading is very doubtful. Hence the rule may be regarded as absolute, and may be extended from classical prose (as in L. & S.) to verse: cp. Reisig, Vorles. iii². 129. The translation from Eupolis (ii. 457 Mein.) by Grotius 'Nae per Marathone quod commisi proelium | gaudebit nemo cor meum qui afflixerit' cannot be defended.

8. **delabitur,** 'finds its way to.' The reading of *M* has been altered by Sorof into 'sine duce natura ipsa, si modo erit, excitante delabetur:' I fail to see the need of this, or of Bake's 'natura ipsa, si modo est, excitabitur,' adopted by Kayser. All that is wanted is natural capacity (*φύσις*), trained by practice (*μελέτη*); then, if there is an abundant supply of matter, the suitable diction is at once found without any *τέχνη*. Schütz read *excitata*, which Ellendt adopts: I cannot think it 'felix coniectura.'

8. **natura ipsa** must be nom.

11. **educere,** i. 157.

12. **auctores,** 'masters,' i.e. authorities upon eloquence, not teachers. Catulus here takes up his usual *rôle* as the accomplished student of Greek history and literature: cp. ii. 20.

15. **Hippias,** of Elis, an older contemporary of Socrates: cp. Plat. Hipp. Min. p. 368 B, where Socrates says *πάντως δὲ πλείστας τέχνας πάντων σοφώτατος εἶ ἀνθρώπων, ὡς ἐγώ ποτέ σου ἤκουον μεγαλαυχουμένου πολλὴν σοφίαν καὶ ζηλωτὴν σαυτοῦ διεξιόντος ἐν ἀγορᾷ ἐπὶ ταῖς τραπέζαις. ἔφησθα δὲ ἀφικέσθαι ποτὲ εἰς Ὀλυμπίαν (εἰς τὴν τῶν Ἑλλήνων πανήγυριν) ἃ εἶχες περὶ τὸ σῶμα ἅπαντα σαυτοῦ ἔργα ἔχων.* Then he goes on to tell how Hippias had boasted that he had made the ring which he was wearing, and another seal, and his strigil and flask, and his shoes, and his mantle and his tunic, and his fine girdle, and also his poems and speeches, to say nothing of his skill in music. If the genuineness of this dialogue is open to question, there is no doubt that it may have been known to Cicero.

quinquennali celebritate ludorum, gloriatus est cuncta paene
audiente Graecia nihil esse ulla in arte rerum omnium quod ipse
nesciret; nec solum has artis, quibus liberales doctrinae atque
ingenuae continerentur, geometriam, musicam, litterarum cogni-
tionem et poëtarum atque illa, quae de naturis rerum, quae
de hominum moribus, quae de rebus publicis dicerentur, *se tenere*
sed anulum, quem haberet, pallium, quo amictus, soccos, quibus
indutus esset, sua manu confecisse. Scilicet nimis hic quidem 128
est progressus, sed ex eo ipso est coniectura facilis, quantum
sibi illi oratores de praeclarissimis artibus appetierint, qui ne
sordidiores quidem repudiarint. Quid de Prodico Cio, de
Thrasymacho Calchedonio, de Protagora Abderita loquar?
quorum unus quisque plurimum *ut* temporibus illis etiam de
natura rerum et disseruit et scripsit. Ipse ille Leontinus Gor- 129

6. *se tenere* addidit S e coniect. Kayseri. 13. *ut* addidit S e coniect. Campii.

1. **quinquennali.** The Olympic games were held, as we should say, every *four* years; but according to the inclusive reckoning of the Greeks they were called a πενταετηρίς (Pind. Ol. iii. 37; x. 70). Ovid uses the word *Olympias* as equivalent to *lustrum*, a period of *five* years: cp. Ep. Pont. iv. 6. 5 'In Scythia nobis quinquennis Olympias acta est: iam tempus lustri transit in alterius,' i.e. he had been five years at Tomi. If there could be any ambiguity about this, it is removed by comparing Trist. iv. 8. 33 'Iamque decem lustris omni sine labe peractis,' and Ib. i. 'lustris bis iam mihi quinque peractis,' with Trist. iv. 10. 95 'postque meos ortus Pisaea vinctus oliva abstulerat decies praemia victor equus.' In this error he is followed by Martial (cp. Friedländer on iv. 45. 3) with one doubtful exception (vi. 85. 8), and by Servius on Aen. i. 283.—In the same way the great Panathenaea were held every four years (in the third Olympiad), but they are similarly called πενταετηρίς. Liddell and Scott are somewhat misleading in translating 'a feast held every five years' instead of 'every fifth year.' It is hard to suppose that Cicero did not know how often the Olympic games were held, yet *quinquennalis* is not equivalent to πενταετηρίς. In Liv. xxxi. 9. 9 we have *quinquennalia vota* made in B.C. 200, and discharged in B.C. 194 (xxxiv. 44. 6), but here there seems to have been a postponement for some unknown reason. The *quinquennale ludicrum* of Tac. Ann. xiv. 20 is the same as the *lustrale certamen* of Ann. xvi. 4, founded in A.D. 60, and repeated in A.D. 65: the *quinquennales* held office for five years, from *lustrum* to *lustrum*. I do not know any evidence that *quinquennalis* could be used to mean 'every fifth year' as L. & S. say, unless this passage is to be taken as proof. The 'quinq. certamen gymnicum' of Suet. Aug. 98, which is quoted as such, may have been a '*lustrale certamen*.'

3. **quibus . . . continerentur,** 'on which were based.'

7. **soccos,** the Greek shoe, which it was considered hardly creditable for a Roman to wear, pro Rab. Post. 10. 27 'consularis homo soccos habuit et pallium.'

11. **Cio**: cp. ii. 351 (note).

12. **Calchedonio**: Introd. p. 30, 'in numismatis diserte legitur Καλχ. [Sandys, on Orat. 39; so *M* here]; Chalcedonius, quod circumfertur, nullus. Illa antiquior forma in Brut. 8. 30 ab optimis libris commendatur' Ell. Cp. Reid on Acad. i. 17.

13. **ut temporibus illis**: the *ut* is a happy conjecture of Sorof's, in which he was anticipated by Campe: 'considering the time in which they lived.'

14. **scripsit**: none of these works have survived even in fragments of any importance. The fragments of Gorgias are best collected in an appendix to Dr. Thompson's edition of Plato's Gorgias.

gias, quo patrono, ut Plato voluit, philosopho succubuit orator, qui aut non est victus umquam a Socrate neque sermo ille Platonis verus est; aut, si est victus, eloquentior videlicet fuit et disertior Socrates et, ut tu appellas, copiosior et melior orator—sed hic in illo ipso Platonis libro de omni re, quaecumque in disceptationem quaestionemque vocetur, se copiosissime dicturum esse profitetur; isque princeps ex omnibus ausus est in conventu poscere qua de re quisque vellet audire; cui tantus honos habitus est a Graecia, soli ut ex omnibus Delphis non
130 inaurata statua, sed aurea statueretur. Sed hi, quos nominavi, multique praeterea summique dicendi doctores uno tempore fuerunt; ex quibus intellegi potest ita se rem habere, ut tu, Crasse, dicis, oratorisque nomen apud antiquos in Graecia maiore
131 quadam vel copia vel gloria floruisse. Quo quidem magis dubito

6. *vocetur E* cum Lagg. 3. 6 K: *revocetur AH* Fr.: *vocaretur ς* PS.
11. *summique M* KS: *summi* P.

1. **quo patrono,** 'who was the advocate when the orator fell before the philosopher.'

2. **qui**: corrective, 'though either he.'

sermo, the Gorgias. 'We are told by Athenaeus, and there is no improbability in the story, that this dialogue was read by the personage after whom it was named, who assured his friends, somewhat gratuitously, one would have thought, that he never said or heard any of the things contained in it.' Thompson, Introd. p. xix.

4. **tu appellas**: i. 47.

5. **sed,** resumptive after a parenthesis, i. 37 (note).

in illo ipso libro: Gorg. 447 C *ἐκέλευε γοῦν νῦν δὴ ἐρωτᾶν ὅτι τις βούλοιτο τῶν ἔνδον ὄντων καὶ πρὸς ἅπαντα ἔφη ἀποκρινεῖσθαι.*

9. **a Graecia**: the name of a country is used for its inhabitants far less freely in Latin than in English: but cp. § 127.

10. **inaurata statua**: so Cicero had one erected in his honour at Capua (in Pis. 25), and proposed that 'statua equestris inaurata' should be erected by the senate in honour of Lepidus (Phil. v. 41), which he speaks of as an unprecedented honour. There is an interesting account of the practice of erecting statues in Plin. H. N. xxxiv. 15 ff. 'transit et a dis ad hominum statuas atque imagines multis modis. Bitumine antiqui tinguebant eas, quo magis mirum est placuisse auro integere.' He tells us (§ 63) that Nero had a statue of Alexander by Lysippus gilded: 'dein cum pretio perisset gratia artis, detractum est aurum.' Dr. Schmitz (Dict. Ant. p. 1071 a) says 'Many of the examples of bronze works that have reached us exhibit signs of having been gilt, and the writers of antiquity refer occasionally to the practice. It does not seem to have been employed till taste had much deteriorated: probably when the value and richness of the material were more highly estimated than the excellence of the workmanship.' But Cicero here seems to imply that the statue might have been expected to be gilded, and a statue of Gorgias would belong to the very best time of art. This story of the statue at Delphi is told in different ways. Pausanias (vi. 17, and x. 18), Hermippus in Athen. xi. 505, and Pliny H. N. xxxiii. 4. 83, say that he set it up himself, while Valerius Max. viii. 15 ext. 2 and Philostr. 493 agree with Cicero: 'universa Graecia in templo Delphici Apollinis statuam solido ex auro posuit, cum ceterorum ad id tempus auratas collocasset.' Pausanias speaks of it as gilded, Pliny as of solid gold.

12. **fuerunt,** 'lived:' in this sense 'vivere' is rare.

14. **copia**: the reference is ambiguous. If Cicero is going back to his general line of argument (§ 126), that the early orators commanded a wider range of themes, Kühner is right in rendering 'was distinguished alike by a more com-

tibine plus laudis an Graecis vituperationis statuam esse tribuendum: cum tu in alia lingua ac moribus natus occupatissima in civitate vel privatorum negotiis paene omnibus vel orbis terrae procuratione ac summi imperii gubernatione districtus tantam vim rerum cognitionemque comprehenderis eamque omnem cum eius, qui consilio et oratione in civitate valeat, scientia atque exercitatione sociaris; illi nati in litteris ardentesque his studiis, otio vero diffluentes, non modo nihil acquisierint, sed ne relictum quidem et traditum et suum conservarint.'
Tum Crassus 'non in hac' inquit 'una, Catule, re, sed in aliis **33**
etiam compluribus distributione partium ac separatione magni- 132
tudines sunt artium deminutae. An tu existimas, cum esset Hippocrates ille Cous, fuisse tum alios medicos, qui morbis, alios, qui volneribus, alios, qui oculis mederentur? Num geometriam Euclide aut Archimede, num musicam Damone aut Aristoxeno, num ipsas litteras Aristophane aut Callimacho tractante tam discerptas fuisse, ut nemo genus universum complecteretur atque ut alius
aliam sibi partem in qua elaboraret seponeret? Equidem saepe 133
hoc audivi de patre et de socero meo, nostros quoque homines,

16. *discerpta H* Fr.

prehensive abundance of learning and also by a higher reputation.' If he is thinking only of the 'multi uno tempore fuerunt,' Sorof is right in his note: '*Copia*, of course *oratorum* or *eam artem profitentium*.' The context points rather to Kühner's view.

4. **procuratione**, 'charge.'

6. **eius, qui consilio et oratione in civitate valeat**, 'of one who holds rank as a statesman and an orator.' One editor actually puts a note that this is L. Mucius Scaevola.

8. **otio diffluentes**: cp. Reid on Lael. 52 'homines deliciis diffluentes,' where he notices that 'diffluere' is rather a rare word.

11. **distributione partium**: we might have expected *distributio in partes*, 'the formation of parts' by division. Hippocrates of Cos was the most famous of the ancient Greek physicians (B.C. 460–364): and not only so, but 'a literary genius of the highest order' (Mahaffy, ii. 48). A large collection of medical works, written in the Ionic dialect, is still extant and ascribed to him; some of them seem to be genuine. The best edition is by Littré (4 vols. Paris, 1839). Euclides (about B.C. 300) was the master of Archimedes (B.C. 287–212). Damon, who taught music to Pericles (Plutarch, Per. 4), is referred to several times by Plato (Rep. iii. 400 B, iv. 424 C, Laches, 180 C, 197 D) as an authority on music. He was banished from Athens. Aristoxenus of Tarentum lived more than a century later. His ἁρμονικὰ στοιχεῖα is the most ancient Greek treatise on music that has come down to us. He was a pupil of Aristotle, and it is said that he hoped to succeed him as head of his school.

16. **Aristophanes** of Byzantium, the famous critic of Alexandria (flor. B.C. 264), pupil of Zenodotus and teacher of Aristarchus, head of the Alexandrian library, in which office he was succeeded by Callimachus. For the Homeric work of these scholars cf. Mahaffy, i. 36 ff. Aristophanes was the first to write accents in Greek.

17. **atque**, 'but rather,' i. 213 (note).

19. **de patre**: more commonly 'ex patre': but cp. de Rep. ii. 15 'saepe enim hoc de maioribus natu audivimus:' Brut. 100 'audivi equidem ista de maioribus natu:' de Off. iii. 77 'audiebam de patre meo.' *Ex* is always used in this sense in the speeches.

qui excellere sapientiae gloria vellent, omnia, quae quidem tum haec civitas nosset, solitos esse complecti. Meminerant illi Sex. Aelium; M'. vero Manilium nos etiam vidimus transverso ambulantem foro; quod erat insigne eum, qui id faceret, facere civibus suis omnibus consilii sui copiam; ad quos olim et ita ambulantis et in solio sedentis domi sic adibatur, non solum ut de iure civili ad eos, verum etiam de filia conlocanda, de fundo emendo, de agro colendo, de omni denique aut officio aut negotio refer-
134 retur. Haec fuit P. Crassi illius veteris, haec Ti. Coruncani, haec proavi generi mei Scipionis prudentissimi hominis sapientia, qui omnes pontifices maximi fuerunt, ut ad eos de omnibus divinis atque humanis rebus referretur; eidemque in senatu et apud populum et in causis amicorum et domi et militiae
135 consilium suum fidemque praestabant. Quid enim M. Catoni praeter hanc politissimam doctrinam transmarinam atque adven-

2. **Sex. Aelium**, i. 198. He was consul B.C. 198, censor 184. The father of Crassus may have been born 180–170; Scaevola was born about B.C. 170, for he heard Carneades at Rome in 155 when *adulescens*. But in B.C. 160 Aelius must have been at least eighty years of age. For the account cp. §§ 194, 214. Reid on Lael. 9 'memineram Paulum, videram Catonem,' holds that in all passages where *memini* is thus used with the acc. of the person there is an ellipse of an infinitive. This is a very arbitrary explanation of the passages in this book, and I cannot think it at all probable. Cp. Phil. v. 17 'Cinnam memini, vidi Sullam.' It is much better to acquiesce in the old explanation, that *memini* c. acc. = *recordor*, 'I call to mind:' c. gen. 'I have a remembrance of.' Cic. Planc. 80 'qui sunt boni cives . . . nisi qui patriae beneficia meminerunt,' is surely enough to upset Reid's rule: cp. de Fin. ii. 63 'L. Thorius quem meminisse tu non potes.'

3. **M'. Manilium**, consul in B.C. 149, i. 212. Becker, Handb. i. 328, compares with this passage Plaut. Curc. 475 'in foro infumo boni homines atque dites ambulant,' which occurs in a speech of doubtful genuineness, though certainly earlier than Cicero. Cp. Ritschl, Op. ii. 385.

6. **in solio**, i. 199, ii. 143.

9. **P. Crassus** was elected pontifex maximus in B.C. 212, and was consul in 205. Livy xxx. 1 praises him very highly: 'congestis omnibus humanis a natura fortunaque bonis nobilis idem ac dives erat, forma viribusque corporis excellebat, facundissimus habebatur seu causa oranda, seu in senatu, *aut* ad populum suadendi ac dissuadendi locus esset, iuris pontificii peritissimus: super haec bellicae quoque laudes consulatus compotem fecerant.' Cp. Cat. M. 27 and 50. He was the first of the family to bear the cognomen *Dives*, and was the grandfather of the grandfather of the triumvir Crassus, but stood in no ascertainable relation to the orator.

Ti. Coruncanius, cons. B.C. 280, is often mentioned by Cicero (as in Cat. M. 15) along with Fabricius and Curius Dentatus, as one of the heroes of the good old time of the wars with Pyrrhus. He was distinguished not only as a general, but also as a statesman and a lawyer, and was the first plebeian pontifex maximus (Liv. Epit. xviii).

10. **proavi**: i.e. P. Cornelius Scipio Nasica Corculum, consul in B.C. 162, and elected pontifex maximus in B.C. 150. He was the great grandfather of the Scipio Nasica of § 8. The surname 'Corculum' was given to him for his shrewdness.

15. **hanc**, 'our present.'

transmarinam: Cp. de Rep. ii. 15 'ac tamen facile patior, non esse transmarinis nec importatis artibus eruditos, sed genuinis domesticisque virtutibus:' ib. iii. 3 'qui . . . ad domesticum maiorumque morem etiam hanc a Socrate adventiciam doctrinam adhibuerunt.'

ticiam defuit? Num, quia ius civile didicerat, causas non dicebat?
aut quia poterat dicere, iuris scientiam neglegebat? Utroque
in genere et elaboravit et praestitit. Num propter hanc ex
privatorum negotiis conlectam gratiam tardior in re publica
capessenda fuit? Nemo apud populum fortior, nemo melior
senator; idem facile optimus imperator; denique nihil in hac
civitate temporibus illis sciri discive potuit, quod ille non cum
investigarit et scierit tum etiam conscripserit. Nunc contra 136
plerique ad honores adipiscendos et ad rem publicam gerendam
nudi veniunt atque inermes, nulla cognitione rerum, nulla scientia
ornati. Sin aliquis excellit unus e multis, effert se, si unum
aliquid adfert, aut bellicam virtutem aut usum aliquem mili-
tarem; quae sane nunc quidem obsoleverunt; aut iuris scientiam,
ne eius quidem universi; nam pontificium, quod est coniunctum,
nemo discit; aut eloquentiam, quam in clamore et in verborum
cursu positam putant; omnium vero bonarum artium, denique
virtutum ipsarum societatem cognationemque non norunt. Sed **34**
ut ad Graecos referam orationem, quibus carere hoc quidem in 137
sermonis genere non possumus—nam ut virtutis a nostris, sic
doctrinae sunt ab illis exempla petenda—septem fuisse dicuntur

18. *in sermonis* S *s*: *sermonis M* KP.

1. **didicerat**: most MSS. (including *M*) prefix *non*, to the ruin of the sense. Cicero means of course that Cato was not content with his theoretical knowledge of the law, but also practised as a speaker. Cp. i. 171. Such a striking instance shows that our best MSS. are not free from deliberate interpolations.

3. **elaboravit**: i. 18 (note).

8. **investigarit**: for the tense cp. ii. 230 (note). For Cato's writings cp. Reid Introd. to Cato M. p. 22. The 'Fragmenta' are best edited by Jordan (Leipzig, 1860), the 'De Re Rustica' by Keil (ib. 1884).

11. **effert se . . . adfert**, an intentional play upon words.

13. **obsoleverunt**: Marius was perhaps the only contemporary of Crassus who rose to high office by his services in the field. 'The rule was that the noble lords, when they were to assume the command of armies, hastily read up from the Greek military manuals and the Roman annals as much as was required for holding a military conversation, and then, when in the field, acted most wisely by intrusting the real command to an officer of humble lineage and strict discretion.' Mommsen, iii. 138.

14. **(ius) pontificium**, contained in the 'libri pontificum,' i. 193, discussed at length in Mommsen, Röm. St. ii. 33 ff.

15. **clamore**: cp. § 81, ii. 86.

18. **in genere**: *M* omit 'in,' which Ellendt (followed by Pid. and Kayser) defends, taking 'hoc genere' as an abl. abs. = 'cum tale sermonis genus est,' like 'hoc populo' in ii. 4. But it seems much more probable that 'in' should have dropped out after 'quidem.'

20. **septem**: the list somewhat varies. Only four names appear in all the enumerations: Thales, Bias, Pittacus, and Solon. Besides these Plato (Prot. 343 A) names also Cleobulus, Myso, and Chilo: instead of Myso, most writers name Periander. But we find as many as twenty-two persons, of very various periods, who were by some authorities counted among the Seven. Cp. Zeller, Pre-Soc. Phil. i. 119 note. Bias of Priene

uno tempore, qui sapientes et haberentur et vocarentur: hi omnes praeter Milesium Thalen civitatibus suis praefuerunt. Quis doctior eisdem temporibus illis aut cuius eloquentia litteris instructior fuisse traditur quam Pisistrati? qui primus Homeri libros confusos antea sic disposuisse dicitur, ut nunc habemus. Non fuit ille quidem civibus suis utilis, sed ita eloquentia floruit,
138 ut litteris doctrinaque praestaret. Quid Pericles? de cuius dicendi vi sic accepimus, ut, cum contra voluntatem Atheniensium loqueretur pro salute patriae severius, tamen id ipsum, quod ille contra popularis homines diceret, populare omnibus et iucundum videretur; cuius in labris veteres comici, etiam cum illi male dicerent (quod tum Athenis fieri licebat,) leporem

was proverbial as a just judge, and defended his native city against Alyattes of Lydia; Pittacus was ruler of Mitylene; Periander, of Corinth; Cleobulus was a leading man at Lindus; Chilo was *ἔφορος ἐπώνυμος* at Sparta; Myso a foremost citizen of Chenae. Diog. Laert. i. 14. 40 says of the Seven '*ὁ δὲ Δικαίαρχος οὔτε σοφοὺς οὔτε φιλοσόφους φησὶν αὐτοὺς γεγονέναι, συνετοὺς δέ τινας καὶ νομοθετικούς*, which is much Cicero's view. In his first book he gives lives of the eight sages already mentioned, and also of Anacharsis, Epimenides, Pherecydes, adding *καὶ οὗτοι μὲν οἱ κληθέντες σοφοί, οἷς τινες καὶ Πεισίστρατον τὸν τύραννον προσκαταλέγουσι.*

4. **Homeri libros**, &c. This is the earliest mention of this famous story. The first Greek writer, according to Prof. Jebb (Homer, p. 114), who refers to it is Pausanias (vii. 26), more than two centuries later; but Aelian, half a century before (Var. Hist. xiii. 13), says *τὰ Ὁμήρου ἔπη πρότερον διῃρημένα ᾖδον οἱ παλαιοί*, i.e. the rhapsodists; then Lycurgus *ἀθρόαν εἰς τὴν Ἑλλάδα ἐκόμισε τὴν Ὁμήρου ποίησιν*, then *ὕστερος Πεισίστρατος συναγαγὼν ἀπέφηνε τὴν Ἰλιάδα καὶ Ὀδύσσειαν.* Prof. Jebb and Mr. Monro (Encycl. Brit. xii. 116), following Wolf and Metzhorn, notice that all our authorities appear to have drawn from the same source, which was the inscription on a late statue of Pisistratus, so that the story has very weak and anonymous support. Mr. Monro rejects it altogether. Dr. Mahaffy (Gr. Lit. i. 29) is more inclined to accept it. The inscription ran (Bekker, Anecd. ii. 768) *τρίς με τυραννήσαντα τοσαυτάκις ἐξεδίωκε | δῆμος Ἀθηναίων καὶ τρὶς ἐπηγάγετο | τὸν μέγαν ἐν βουλῇ Πεισίστρατον, ὃς τὸν Ὅμηρον | ἤθροισα σποράδην τὸ πρὶν ἀειδόμενον.*

6. **eloquentia**: Bähr is doubtless wrong in finding a reference to this in Herod. i. 59. 5 *τῷ λόγῳ τῶν ὑπερακρίων προστάς*, but Plutarch (Solon, c. 26) speaks of Pis. as 'extremely smooth and engaging in his language.' To this supposed eloquence Cicero refers in Brut. 27 and 41: the learning is probably a flourish of Cicero's own, unless he thinks it may be argued from his interest in poetry. Cp. E. Curtius, i. 370.

8. **sic accepimus . . . ut videretur**, a loose expression for 'eam fuisse dicendi vim accepimus ut videretur.'

contra voluntatem . . . severius: the most splendid example of this is the speech in Thucydides, ii. 60–64, which doubtless preserves the substance, if not the form of the original.

11. **veteres comici**: e.g. Eupolis: cp. i. 216 (note).

12. **quod tum . . . licebat**: Augustine (de Civ. Dei, ii. 9) quotes, probably not literally, from Cicero de Rep. iv. (c. 10 Müller) 'apud quos [Graecos antiquiores] fuit etiam lege concessum, ut, quod vellet, comoedia, de quo vellet, nominatim diceret,' and contrasts the license, with which even Pericles was assailed, with the severer censorship of the stage at Rome. Mahaffy (i. 436) has noticed that we have no trace of attacks upon any member of the aristocratic party in any old comedy. The Schol. on Arist. Ach. 67 tells us that Antimachus carried in B.C. 440 a *ψήφισμα τοῦ μὴ κωμῳδεῖν*, which cannot have implied the complete suppression of comedy—this would be against

habitasse dixerunt tantamque in eodem vim fuisse, ut in eorum mentibus, qui audissent, quasi aculeos quosdam relinqueret. At hunc non declamator aliqui ad clepsydram latrare docuerat, sed, ut accepimus, Clazomenius ille Anaxagoras vir summus in maximarum rerum scientia: itaque hic doctrina, consilio, eloquentia

1. *in* inclus. S. 3. *aliqui M* S: *aliquis* KP Fr.

the clear evidence of C. I. G. i. 229—but can only mean *ὀνομαστὶ κωμῳδεῖν*, and indeed not so much to mention a living person, as to make him the main point of attack. This seems to have been mainly directed against Cratinus: it remained in force only three years. Aristophanes, or perhaps Callistratus, under whose name he brought out his play of the Babylonians, was attacked by Cleon for bringing the city into contempt in the presence of strangers, but this was apparently not under any special law; and the statement of the Schol. on Vesp. 1291 that Cleon brought forward a *ψήφισμα μηκέτι δεῖν κωμῳδίας ἐπὶ τῷ θεάτρῳ εἰσάγεσθαι* is doubtless an invention. The treatise *περὶ Ἀθηναίων πολιτείας*, ascribed to Xenophon, but too early to be his, says (ii. 18) *κωμῳδεῖν καὶ κακῶς λέγειν τὸν δῆμον οὐκ ἐῶσιν, ἵνα μὴ αὐτοὶ ἀκούωσι κακῶς*, which refers to such action as that taken by Cleon. In B.C. 415, at the time of the mutilation of the Hermae, one Syracosius carried a resolution restricting the freedom of comedy, but this seems to have had reference only to the circumstances of the time. Phrynichus Com. (Monotr. fr. 8 M.) imprecates curses on Syracosius: *ἀφείλετο γὰρ κωμῳδεῖν οὓς ἐπεθύμουν*. There is no definite authority for the current view (repeated by Pid. and Sorof) that the Four Hundred, and afterwards the Thirty, restricted by law the liberty of comedy: but doubtless it was dangerous in their day to use too much freedom. Cp. Bergk. Gr. Lit. iv. 116–121.

3. **declamator**: the old reading *clamator* is quite out of place here. *M* give *declamator*.

ad clepsydram: the 'water-clock,' used in Athenian courts to measure the time alloted to each speaker; and hence spoken of by Aristoph. Ach. 692, Vesp. 93, 857, as part of the furniture of a court. Cp. Dem. in Mil. 557 *οὐδ' εἰ τὸ παρ' ἀμφοτέρων ἡμῶν ὕδωρ ὑπάρξειε πρὸς τὸ λοιπὸν πᾶν τό τ' ἐμὸν καὶ τὸ τούτου προστεθέν, οὐκ ἂν ἐξαρκέσειεν*: Plat. Theaet. 201 B *δύνασθαι πρὸς ὕδωρ σμικρὸν διδάξαι ἱκανῶς τῶν γενομένων τὴν ἀλήθειαν*: and other exx. in L. & S. s. v. It has been sometimes supposed that the *clepsydra* was introduced to limit the length of speeches at Rome by Pompeius: our authority (Tac. de Orat. c. 38) does not say this, but 'primus tertio consulatu Cn. Pompeius adstrinxit, imposuitque veluti frenos eloquentiae.' It is probable, however, that *clepsydrae* were used for this purpose: and we find them often mentioned in later times: cp. Plin. Ep. ii. 11 'dixi horis paene quinque; nam xii clepsydris, quas spatiosissimas acceperam, sunt additae iv.' [If we may assume on the strength of iv. 9, 9 that Pliny's twelve 'water-clocks' were divided with Tacitus, who was joined with him in the impeachment, and that, as in that case, six hours were allowed for the prosecutors, each clepsydra would run for half-an-hour. Becker, Gall. ii[3]. 360 holds that 'xx' is the better reading, and does not suppose any division, so that each would have run for twelve minutes. The former is the more probable.] For the use of the clepsydra in rhetorical declamations, cp. Tusc. D. ii. 27. 67 'cras ergo ad clepsydram . . . et illud quidem ante meridiem; hoc eodem tempore,' i.e. the morning was to be spent in declamation, the afternoon, as on the day before, in philosophical conversation.

latrare: cp. Brut. 15. 58 'latrant enim iam quidam oratores, non loquuntur.'

4. **Anaxagoras**: Brut. 11. 44 'Pericles . . . primus adhibuit doctrinam: quae quamquam tum nulla erat dicendi, tamen ab Anaxagora physico eruditus exercitationem mentis a reconditis abstrusisque rebus ad causas forensis popularisque facile traduxerat:' cp. Plat. Phaedr. 269 E, Plut. Pericl. c. 5, and Orat. 15 (Sandys).

in maximarum rerum scientia: Sorof brackets *in*, arguing that it could only mean 'in spite of.' This is of course a common meaning of the preposition so used: cp. i. 45. 200; but it does not seem to be necessary.

excellens quadraginta annis praefuit Athenis et urbanis eodem
139 tempore et bellicis rebus. Quid Critias? quid Alcibiades? civitatibus quidem suis non boni, sed certe docti atque eloquentes, nonne Socraticis erant disputationibus eruditi? Quis Dionem Syracosium doctrinis omnibus expolivit? Non Plato? Atque eum idem ille non linguae solum, verum etiam animi ac virtutis magister ad liberandam patriam impulit, instruxit, armavit. Aliisne igitur artibus hunc Dionem instituit Plato, aliis Isocrates clarissimum virum Timotheum Cononis praestantissimi imperatoris filium, summum ipsum imperatorem hominemque doctissimum? aut aliis Pythagorius ille Lysis Thebanum Epa-

3. *suis quidem* SP : *quidem suis M* K.

1. **quadraginta annis**: so *M*; cp. 'tot annis' in ii. 76 (note); and for the duration of the supremacy of Pericles i. 216 (note). The date of Cimon's ostracism is somewhat uncertain, but it cannot possibly have been as early as 469, the date given by Sorof, and it was probably later than 465, given by Piderit. Cp. Clinton, Fast. Hellen.; Curtius gives 459 circ., Cox 457 (?).

In any case, thirty years would be more nearly accurate than forty for the duration of this pre-eminence of Pericles, and it was not really established till 444, when Thucydides was ostracised.

3. **non boni**: cp. Xen. Mem. i. 2. 12 "'Αλλ'," ἔφη γε ὁ κατήγορος, "Σωκράτει ὁμιλητὰ γενομένω Κριτίας τε καὶ 'Αλκιβιάδης πλεῖστα κακὰ τὴν πόλιν ἐποιησάτην. Κριτίας μὲν γὰρ τῶν ἐν τῇ ὀλιγαρχίᾳ πάντων πλεονεκτίστατός τε καὶ βιαιότατος ἐγένετο, 'Αλκιβιάδης δὲ αὖ τῶν ἐν τῇ δημοκρατίᾳ πάντων ἀκρατέστατος καὶ ὑβριστότατος καὶ βιαιότατος." Xenophon goes on to argue that Socrates was not responsible for the vices of Critias and Alcibiades, but did his best to reform them. Cp. too Plat. Apol. 33 A. Aeschines, in Tim. 173, says ἔπειθ' ὑμεῖς, ὦ 'Αθηναῖοι, Σωκράτην τὸν σοφιστὴν ἀπεκτείνατε, ὅτι Κριτίαν ἐφάνη πεπαιδευκώς, though this is doubtless a rhetorical exaggeration rather than a sober statement. As both were Athenians, Bergk's conjecture 'civibus' for 'civitatibus' seems plausible.

5. **Dionem**: the character of Dio and the nature of Plato's influence upon him are admirably discussed by Grote, c. lxxxiv.

Syracosium: cp. ii. 57 (note). *H* has this form here, as well as *A*.

9. **Timotheum**, made joint commander of the Athenian fleet in B.C. 378, and a leading man at Athens until the close of the Sacred War, when he was banished (B.C. 354), and died in exile. He was on intimate terms with Isocrates, who frequently accompanied him on his campaigns, and is said to have written his despatches. Cp. de Off. i. 32. 116 'hic idem Africanus eloquentia cumulavit bellicam gloriam, quod idem fecit Timotheus, Cononis filius, qui, cum belli laude non inferior fuisset quam pater, ad eam laudem doctrinae et ingeni gloriam adiecit.' Isocrates, writing after his death, gives a full account of his public services and high qualities in xv. 101–139.

11. **Lysis** (the MSS. have *Lysias* or some corrupted form of the name) of Tarentum took shelter at Thebes, 'from causes which we cannot make out,' after the suppression of the Pythagorean brotherhood, and there 'Epaminondas not only heard him as a pupil, but tended him almost as a son, during the close of an aged life' (Grote, vii. 107). According to some authorities he was himself a pupil of Pythagoras, but that is chronologically impossible. He is said to have escaped with Archippus, when the other Pythagoreans were burnt to death in a house at Croton, by Cylon (cp. Grote, iii. 350). Bentley on Phalaris (i. 142), assumes that this must have been an earlier philosopher of the name: Zeller, Phil. d. Gr. i^2. 239 (vol. i. p. 357 ff. E. T.) gets out of the difficulty by dating the attack about B.C. 430, instead of during the lifetime of Pythagoras (circ. B.C. 510), and ascribing it to Cylon's party, not to himself. The very confused

minondam, haud scio an summum virum unum omnis Graeciae? aut Xenophon Agesilaum? aut Philolaus Archytam Tarentinum? aut ipse Pythagoras totam illam veterem Italiae Graeciam, quae quondam magna vocitata est? Equidem non arbitror; **35**
sic enim video, unam quandam omnium rerum, quae essent 140
homine erudito dignae atque eo, qui in re publica vellet excellere, fuisse doctrinam; quam qui accepissent, si eidem ingenio ad pronuntiandum valuissent et se ad dicendum quoque non repugnante natura dedissent, eloquentia praestitisse. Itaque ipse 141
Aristoteles cum florere Isocratem nobilitate discipulorum videret, quod [ipse] suas disputationes a causis forensibus et civilibus ad

9. *ipse* ω K, qui tamen *quod—transtulisset* spuria esse iudicat.

and contradictory statements of our authorities are well collected by Zeller. Ueberweg (i. 46) accepts Zeller's view. It is by an extraordinary oversight that Sorof confuses this Lysis with the noble young Athenian who appears in Plato's dialogue bearing that name.

1. **unum omnis**: cp. i. 99, Or. 69.

2. **Xenophon** was closely associated with Agesilaus from the date (about B.C. 396) when he met him in Asia, till (probably) B.C. 387. Cicero doubtless exaggerates his influence over the Spartan king, who was probably quite ten years his senior. But Cicero has always a great admiration for Xenophon. The formal panegyric on Agesilaus ascribed to Xenophon is of very doubtful genuineness.

Philolaus, said to have been the first Pythagorean to commit to writing the doctrines of his sect (Zeller, vol. i. p. 313). Boeckh, who edited the extant work ascribed to him, maintained its genuineness, which had been questioned: Zeller thinks that it may have been interpolated, but that it is substantially genuine (ib. p. 315 note).

Archytam: of this philosopher, too, some fragments are extant, but the greater number of those ascribed to him are probably spurious (Zeller, ib. p. 320). This passage is remarkable, as Zeller notices, because it makes Philolaus, instead of Plato, the instructor of Archytas. Otherwise it bears a curious resemblance to Pseudo-Demosth. Amator. p. 1415, where Pericles, Alcibiades, Timotheus, and Archytas, are spoken of as owing their political eminence and association with Anaxagoras, Socrates, Isocrates, and Plato respectively: it finishes *τοῦτο δὲ Ἀρχύταν τὴν Ταραντίνων πόλιν οὕτω καλῶς καὶ φιλανθρώπως διοικήσαντα κύριον αὐτῆς καταστάντα, ὥστ' εἰς ἅπαντας τὴν ἐκείνου μνήμην διενεγκεῖν· ὃς ἐν ἀρχῇ καταφρονούμενος ἐκ τοῦ Πλάτωνι πλησιάσαι τοσαύτην ἔλαβεν ἐπίδοσιν.* Cicero (de Sen. 12. 41) represents Plato as visiting Archytas at Tarentum in B.C. 349, a date which is hardly possible. But Archytas seems to have been certainly a Pythagorean, not a Platonist in his views. He was seven times general of his native city, though re-election was uncommon. Diogenes Laertius gives a brief account of him in viii. 4, and of Philolaus in viii. 7. The old reading was 'Philolaum Archytas Tarentinus,' but this has very slight authority, and is chronologically impossible: besides, Archytas was eminent as a statesman, while we do not hear this of Philolaus. *AEHγ* have 'Philolauos Archytam Tarentinum,' whence it is the more strange that Ell. quotes 'Philolaum,' from the Lagg. mut.

4. **magna**: cp. ii. 154. So Polybius ii. 39 says *καθ' οὓς γὰρ καιροὺς ἐν τοῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν τόποις, κατὰ τὴν μεγάλην Ἑλλάδα τότε προσαγορευομένην, ἐνεπρήσθη τὰ συνέδρια τῶν Πυθαγορείων, κ.τ.λ.* But Cic. Tusc. D. iv. 2, and v. 10 'Graecia ea quae magna dicta est' rather implies that the name was still in use, as was undoubtedly the fact: cp. Strabo, vi. p. 253.

7. **doctrinam**: 'systematic training in.'

11. **quod**: the MSS. give *quod ipse*, which must be wrong, as it would necessarily refer to Aristotle: Schütz corrected 'ille;' but perhaps Pid.'s 'is' is more likely to have fallen out. Friedr.

inanem sermonis elegantiam transtulisset, mutavit repente totam formam prope disciplinae suae versumque quendam Philoctetae paulo secus dixit: ille enim turpe sibi ait esse tacere, cum barbaros, hic autem, cum Isocratem pateretur dicere; itaque ornavit et inlustravit doctrinam illam omnem rerumque cognitionem cum orationis exercitatione coniunxit. Neque vero hoc fugit sapientissimum regem Philippum, qui hunc Alexandro filio doctorem accierit, a quo eodem ille et agendi acciperet praecepta
142 et eloquendi. Nunc sive qui volet, eum philosophum, qui copiam nobis rerum orationisque tradat, per me appellet oratorem licet; sive hunc oratorem, quem ego dico sapientiam iunctam habere eloquentiae, philosophum appellare malet, non impediam; dum

3. ille S: *is* P.

brackets 'ipse,' Ell. and Kayser the whole clause 'quod . . . transtulisset,' which is needless. Ell. argues that with 'ille' Cicero would make Aristotle lie shamelessly in saying that so brilliant a genius 'vana artificia captasse,' and that he dealt with cases arising in public life before he took to teaching philosophy. But surely in any case the tone is contemptuous enough, and 'transtulisse' does not imply more than that Isocrates instead of pleading causes and making political speeches devoted his powers to show speeches, which is just what he did do. Cp. Tusc. D. i. 7 'Aristoteles, vir summo ingenio, scientia, copia, cum motus esset Isocratis rhetoris gloria, dicere docere etiam coepit adulescentes:' de Off. i. 4 'eodem modo de Aristotele et Isocrate iudico, quorum uterque suo studio delectatus contempsit alterum:' Orat. 62 'Aristoteles Isocratem ipsum lacessivit.' Cope, Introd. to Ar.'s Rhetoric, p. 40, well explains the cause of the indignation of Aristotle at the popularity of one whom he looked upon as diverting his pupils from the study of substance to that of mere form. Cp. Introd. p. 43.

2. **Philoctetae**: Plutarch, adv. Colot. p. 1108 b, quotes the lines *ὑπέρ γε μέντοι παντὸς Ἑλλήνων στρατοῦ | αἰσχρὸν σιωπᾶν, βαρβάρους δ' ἐᾶν λέγειν.* As Cicero here assigns them to Philoctetes, it is a natural conjecture, made by Bentley (Ep. 28 ad Graevium), Hermann (Opusc. iii. 129), and Nauck (Frag. Gr. adesp. 8), that they came from the Philoctetes of Euripides. Quintilian, iii. 1. 4, says: 'eoque (Isocrate) iam seniore . . . pomeridianis scholis Aristoteles praecipere artem oratoriam coepit, noto quidem illo, ut traditur, versu ex Philocteta frequenter usus: turpe esse tacere, et Isocratem pati dicere,' to which is added in the margin of some MSS. *αἰσχρὸν σιωπᾶν, Ἰσοκράτην δ' ἐᾶν λέγειν.*

6. **Neque vero hoc fugit,** &c. There is clear evidence that Aristotle did not complete his treatise on Rhetoric before the period of his second residence at Athens (B. C. 335–322): but there is no reason why he should not have published something on rhetoric — possibly the Theodectea—at an earlier stage. Cicero's language here, however, does not assert more than that he was known as a teacher of rhetoric before B. C. 342. The letter of Philip to Aristotle, given by Gell. ix. 3, is evidently spurious. For Aristotle as the tutor of Alexander cp. Plutarch, Alex. c. 5, Quintilian, i. 1, &c. Bergk (Rhein. Mus. xxxvii. 359 ff.) assumes that Aristotle resided at Athens for the second time in B.C. 344–2 (though there is no ancient authority for this), and for the third time in B.C. 335–322, and that his rhetorical lectures belong to this second period.

9 **sive qui**: *qui* = '*quis*,' as in i. 8. 127, 204, &c.: Kühner, i. 402, lays down the rule that 'si quis' means 'if any one,' 'si qui,' 'if any one of any kind:' but cp. note on i. 8; Neue ii^2. 221. **volet**, sc. 'oratorem appellare.'

copiam, 'an abundant command.' Translate, 'If any one chooses to apply the name of orator to a philosopher who teaches us an abundant command of facts and style, I shall not object.'

12. **eloquentiae**: Roby, § 1215.

modo hoc constet, neque infantiam eius, qui rem norit, sed eam explicare dicendo non queat, neque inscientiam illius, cui res non suppetat, verba non desint, esse laudandam; quorum si alterum sit optandum, malim equidem indisertam prudentiam quam stultitiam loquacem; sin quaerimus quid unum excellat ex **143** omnibus, docto oratori palma danda est; quem si patiuntur eundem esse philosophum, sublata controversia est; sin eos diiungent, hoc erunt inferiores, quod in oratore perfecto inest illorum omnis scientia, in philosophorum autem cognitione non continuo inest eloquentia; quae quamvis contemnatur ab eis, necesse est tamen aliquem cumulum illorum artibus adferre videatur.' Haec cum Crassus dixisset, parumper et ipse conticuit et a ceteris silentium fuit.

Tum Cotta 'equidem,' inquit 'Crasse, non possum queri, quod **36**
mihi videare aliud quiddam id quod non susceperis, dispu- **144**
tasse; plus enim aliquanto attulisti, quam tibi erat attributum a nobis ac denuntiatum; sed certe ut eae partes fuerunt tuae, de

10. *quamvis* ς : *quamquam AH*. 13. *a ceteris* ς S: *ceteris M*KP. 17. *ac denuntiatum* om. *M*.

1. **infantiam**: cp. § 198; ad Her. ii. 16 'ut huius infantiae garrulam disciplinam contemneremus;' ad Att. iv. 18. 1 'incredibilis infantia accusatorum;' Quint. vi. 1. 32, v. 13. 38. So both Cicero and Quint. use 'infans' for 'incapable of speaking:' e.g. Brut. 77, 90, 101, 108: Quint. xi. 1. 21 'si disertus imperitum plane et infantem se vocet.'

2. **non queat**: Cicero sometimes uses 'nequeat,' never 'nequeo;' 'non queo' occurs both in epistles (ad Fam. xiv. 1. 5, ad Att. i. 19. 3, ix. 7. 1), and in speeches (in Verr. ii. 165, v. 23, iv. 89, Mil. 77, pro Dom. 110, pro Sest. 134).

6. **patiuntur**, sc. philosophi, as also with 'diiungent' and 'erunt.'

9. **non continuo**, 'not necessarily,' ii. 199.

10. **quamvis contemnatur**: *A H* have 'quamquam,' though Ellendt does not quote this from any of the Lagg. Friedrich proposes to read 'quamquam condemnatur;' but 'contemnere' is much better suited to the sense.

11. **cumulum . . . adferre**, 'to set the crown upon.'

15. **et quod non susceperis**. So *H*, rightly defended by Friedrich. *A* γ have 'quod non id susceperis,' an early corruption which later MSS. have altered to 'non id quod s.' the vulgate reading. In that case *et non*='and not rather:' cp. i. 102 'et non inrisisse.' In this sense 'ac non' is more usual. The whole passage §§ 53–143 is a digression on a theme 'quod non suscepit Crassus,' i. e. the need of comprehensive knowledge for the orator.

17. **denuntiatum**, 'demanded from you.' In legal language 'denuntiare testimonium alieni' was used for 'to call upon some one for evidence:' cp. Quint. v. 7. 9 'quoniam duo genera sunt testium, aut voluntariorum, aut eorum quibus in iudiciis publicis lege denuntiatur'; pro Rosc. Am. 110 'si accusator voluerit testimonium eis denuntiare,' with Halm's note. 'Ac denuntiatum' is omitted in *M*, but need not therefore be rejected with Ellendt.

ut eae partes, &c. There is an anacoluthon here: correlative to 'ut,' we should have had 'ita cum . . . dixisses, duae tibi reliquae erant,' 'but at any rate, whereas it was your *rôle* to speak about the embellishment of style, and you had entered upon this topic, dividing the whole excellence of style into four heads, after speaking rapidly and slightly, as you yourself said, though you met our requirements, upon the first two, you had

inlustranda oratione ut diceres, et eras ipse iam ingressus atque in quattuor partis omnem orationis laudem discripseras, cum de duabus primis nobis quidem satis, sed, ut ipse dicebas, celeriter exigueque dixisses, duas tibi reliquas feceras, quem ad modum
